



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua distinctus**

**Crombecius, Johannes**

**Avdomari, 1618**

Pars, Sev Statio Prima. Via Pvrgativa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38133**

LIBER

PRIMVS.

DE ORATIONE.

NVI

41<sup>b</sup>



LIBER  
PRIMVS  
DE ORATIONE



O  
E

V

Vers

legen

13.

Asce

14.

mur

quid

15.

16.

illum

eum

17.



TRACTATUS DE  
**ORATIONE**  
EX FIGVRA MOYSIS  
IN MONTEM ASCENDENTIS.  
DE PROMPTVS.  
**VIA PURGATIVA.**

*Dixit Dominus ad Moysen.*

*Vers. 12.* **A**scende ad me in montem: & esto *Exo. 24.*  
*ibi: daboq; tibi tabulas lapideas, & 12.*  
*legem, & mandata, qua scripsi, vt doceas eos.*

13. Surrexerunt Moyses & Iosue minister eius:  
Ascendensq; Moyses in montem Dei.

14. Senioribus ait. Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiscum: Si quid natum fuerit quaestioni, referetis ad eos.

15. Cumq; ascendisset Moyses, operuit nubes montem.

16. Et habitavit gloria Domini super Sinai, regens illum nube, sex diebus: septimo autem die, vocavit eum de medio caliginis.

17. Erat autem species gloria Domini quasi ignis ardens

NVI

116

ardens super verticem montis, in conspectu filiorum  
 Israël. Ingressusq; Moyses medium nebulae, ascendit  
 in montem, & fuit ibi quadraginta diebus &  
 quadraginta noctibus.

## TEXTVS PRIMVS.

Ascende

## DE NATVRA ORATIONIS.

De vir-  
 tuibus  
 tractandi  
 ratio op-  
 tima.

**Q**ui de virtutibus tractant,  
 varij varios saepe fines sibi  
 proponunt. Nonnulli earum  
 naturam investigant, & in  
 illa sola cognitione acquies-  
 cunt. Alij scientiae cupiditate incitati, docti  
 ac sapientes magis dici, quam esse desiderant,  
 sola illa laude contenti. Alij ad dicendum  
 ac suadendum, scientiam hanc comparant,  
 parum solliciti an disertis sermone, disertine  
 ac destituti virtute habeantur, modò eloquē-  
 tes aestimentur: vt qui in arbore folia admi-  
 retur, fructus negligat. Optime ij de virtuti-  
 bus tractare videntur, qui & naturam virtu-  
 tum apprimè investigare, nosq; desiderant;  
 omne tamen studium ac cognitionem ad  
 praxim referunt, eum imitati, qui vineam  
 plantat & colit; qui agrum semente inuesti-  
 tit, vt vinum delibet atq; hauriat, panemq;  
 facietur.

2. De

2. De natura virtutum tractare, haud ita forte difficile est. Sed earum usu atq; exercitatione imbui, illustrari, accendi, atque ex hoc fonte rivos producere, salientes aquas huc illucq; dispergere, audientes madefacere; ex hoc igne flammam, ignitasq; sagittas acueri, Deo, rationiq; saxeos animos rumpere ac subijcere, *hoc opus, hic labor est.* Solent homines avidiores esse scientiæ, quam laboris & virtutis; sine qua tamē parum proderit omnis eruditio, quæ inflare solet non ædificare.

3. De natura orationis disserere non admodum laboriosum videbitur. Rationem vero ac methodum convenientem tradere, & rudes in sublime transvehere, manuq; ducere, experientiæ est; quam etsi non profitear, imitabor tamen. *Ruth peregrinam, ut mesorum sequens vestigia, spicas colligam remanentes.* Quod à Patribus didici; quod in alijs observavi; quod à puero audivi, non gravabor micarum mearum sub mensa Dominorum collectarum alios facere participes.

4. Quia verò omnis quæ à ratione suscipitur, aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur id de quo disputetur, merito quæri potest; num oratio sit mentis in Deum elevatio: id enim asserere videmur dum hoc textu primo ascensionis nomen ceteris præponimus. Vox ipsa nihil tale præfert. Est enim orare, precari, supplicare, rogare eum, à quo

A 2

quip-

*Virtutē  
praxis,  
theorie  
presertim  
da.*

*Rut. 28*

*14.*

*Cic. l. 1.*

*Oratio  
quidē*

NVI

416

**Item. 5.** quippiam obtineas. Ita enim Sanctus Basilis  
*ora. in* Ius. *Oratio*, inquit, *est boni cuiuspiam petitio,*  
*uarii. qua à pijs effunditur.* Bene quidem a pijs; si qui  
*Iulian.* tamen nondum pijs; insistent, ut tales evadant,  
 non excluduntur: & illi pijs in hoc genere

**Iudit. 9.** censendi sunt, qui ex pio motu ad Deum re-  
**16.** currunt, cui humilium, & mansuetorum semper

**Psa. 101** placuit deprecatio. Respicit in orationem humilium,  
**18.** & non sperni preces eorum. Preparationem cordis

**Psal. 9.** eorum audit eius auris; & si quis dicat *Confitebor*  
**17.** *adversum me in iustitiam meam Domino, audiet;* &

**Psal. 31.** *tu remisisti impietatem peccati mei.*

**14.** 5. Ut autem scriptorū varia loquendi de ora-

Tres in oratione ratio clare cognoscatur: tres in orante  
 oratione actus distinguendi veniunt. Qui petere vult,  
 actus ob- aliquid desideret, oportet: desiderium enim,  
 fervendi petitionis origo est. Quid enim preceris, si

**1.** nullo traheris desiderio? Quod si desiderium  
 Deside- ferueat, etiam oratio ardens subsequetur.

**Deside- Desiderium tamen hoc, in se oratio non est.**  
**riam.**

**2.** 6. Alter actus est expositio practica desiderij

**Petitio.** nostri, qua Deo persuadere conamur, ut de-

desiderium nostrum impleat, idem idem vrgēdo,  
 do, precando, rogando ut votis p̄ se respondeat.

Si quid optemus, quod in potestate nostra sit;  
 tra sit; ex vi & imperio voluntatis, effectus

statim enascitur; ut qui ambulare desiderat,  
 posito efficaci voluntatis imperio, ambulat.

Qui à subdito quippiam fieri cupit, mandat,  
 & per obligationem famulo, imposita rem  
 per

perficit. At in potestate voluntatis nostræ non est, divinam virtutem seu potentiam executivam Dei, proxime applicare ad operationem, sicut vires animæ nostræ operationi admovemus. Neq; etiam mediate seu interposito instrumēto aut administro, imperioq; adhibito; veluti cum inferiorē applicamus, & obligationem imponimus. Nihil habent homines quod Deo imperent, sed nos eius omnes subditi & servi; Si quid ab eo obtinere cupimus, id infimis precibus, exposita necessitate nostræ, confidentiæ, ac recursum ad ipsum, qui nihil odit eorum quæ fecit, summaq; animi demissione eundem inflectere, perimovere, atq; ut nobis quod petimus largiatur, inducere conamur.

7. Actus tertius, noster non est, sed Dei indulgentis ac concedentis quod petimus, estq; collatio ac consecutio beneficij desiderati. Primus non est oratio, nam desiderium motus est animi, quo rem amatam appetimus, & in eam ferimur. Hic motus ad orandum impellit, non orat. Collatio beneficij, non est oratio, sed illam sequitur ut fructus, & desiderij, & orationis. Ex quo patet S. Basilium naturam orationis optime expressisse cum eam *boni cujuscumque petitionem esse* definivit.

8. Quia verò qui orat cum Deo loquitur; nec enim putandum est Deum omnino tacere. Ille namq; nos ad orandum impellit, auctore

3.  
Beneficij  
consecutio.

Oratio,  
colloquiū  
cum Deo  
dicitur.

A 3

Apos-

NVI

446



*Rom. 8.* Apostolo. Spiritus, ait, adiuvat infirmitatem nostram: nam quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Cum autem spiritus postulare dicatur, non sine nobis postulat, sed impellit nos, & suggerit viresq; suppeditat, ac desideria ad rite postulandum. Unde subiicit Apostolus.

*Deum e-* Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis: nempe sanctos, quod Deo placitum est postulare facit: Consequenter etiam Deus votis nostris, ac orationi respondet, nobisq; colloquitur, lumina desuper effundens, & scientiam quandam mysticam; Atq; hæc cognitio, ab usu, & experientia petitur, eaq; causa est, cur Sancti Patres, orationem sermocinationem,

*Oratio-* ac colloquium cum Deo indignant. Certe *ne I. de* Gregorius Nissenus conversationem cum Deo; *oratione* Chrysostomus, colloquium appellant; quod *Domini-* qui orent, conversentur, sermocinentur, colloquantur cum summa illa Majestate. *ca.* *Oras* Hom. 30 (ait Beatus Hierony.) loqueris ad sponsum legis, *in Gen.* ille tibi loquitur.

*Epist 22* 9. Discrimen illud est inter lectionem & orationem. Qui legit oculos per scripturarum *ad Eust.* lineas, verba, atq; sententias diffundit, & si *de custo-* diuini. pius adsit attentusq; animus, interno susurro, *Discrimē* divinus spiritus admiranda suggerit; lumine *inter O-* cælesti, paginis cordis nostri illustratis, scrip- *ra. et lec-* turam novam exarat, & verba, sententiasq; *tionem.* longe

longè sapidiores ingenerat. Quod olim Spiritus Sanctus dixerat, *Et erunt omnes docibiles Dei.* Ioan. 6. nu. 45.  
 Hoc experiuntur, qui eo spiritu, quo res sacra scriptæ sunt, oculis hauriunt. Isa. 54. nu. 13.  
 10. Qui ergo orationi dant operam, Deo loquuntur, & ipso pariter Deus alloquitur. Iisdem pene verbis, hoc ipsum diuini criminis, explicat B. Augustinus. *Oratio tua locutio est ad Deum. Quando legis, Deus tibi loquitur; quando oras, cum Deo loqueris.* In Psal. 85.  
 Quid vero excellentius, vermiculum terræ, accessum ad tantam habere maiestatem? Ad Principes non patet aditus, ut eos videas, & libellum tuum porrigas, quot horas perdere, quot molestias devorare, quot animi motibus percelli necesse est? Oltiario alio non est opus, quàm ut ardenti desiderio pulses; adhibita diligentia quæras; *Luc. 11. prece supplici postules. Pulsate, ait: Et aperietur vobis, quarite & invenietis, petite & accipietis.* Petite & dabit vobis.  
 At ubi? omni loco, hora, quicquid volueris. O si hæc doctrinam experti mortales! frequentiores, sane ad ianuam Regis æterni accederent, & quanto ijs ditiores forent, qui in aula porticibus solliciti ambulant, & multis annis evolutis egeni, frustratq; in palatijs conestescunt. Verùm hi promissionem eam non habent, quam Salvator noster, qui mentiri non potest, nobis verbo, scriptoq; confirmavit. *Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.* Ioan. 16. nu. 23.

A 4      SECTIO

NVI  
416

## SECTIO SECUNDA.

## Divisio Orationis.

**Divisio. I.** Illud ergo in confesso sit, orationis formam in petitione consistere; Pro varietate tamen subjectæ materiæ, aliorumve objectorum illam diversa nomina, partesq; sortiri. Hinc Divus Paulus ita Timotheum suum instruit; *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus.* Hortatur etiam Philippenses, iisdem usus nominibus, *ut in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones eorum innotescant apud Deum.* Solent homines à Deo aut bona precari; aut mala deprecari, atq; ut hæc a se amoliantur, rogare. Eadem verò aut præsentia sunt, aut futura, Itaq; Deum precamur ut nobis bona largiatur, non tantum impræsentiarum, sed ut in futuro, adveniat regnum eius, fiat sanctissima ipsius voluntas. **PETITIO** seu postulatio, parum à priori differre videtur, etsi nonnulli Patres diversi diversa conijciant, Obsecrationes, ad deprecationes malorum tam præsentis, quam futuras, Augustino auctore, referri posse videntur; quales hæc sunt, *ne nos inducas in tentationem: Libera nos à malo.* Actio gratiarum ab alijs facile distinguitur. Estq;

1. *Timo.*2. *nu. 1.**Philip. 4.*

6.

1.

*in Ora-**tionem.*

2.

*Postula-**tionem.*

3.

*Obsecre-**tionem.**epist. 50.**qu. 5. ad**Paulin.*

cetes

ceteris posterior; impetratis per alias petitionum formulas fruatur, auctoriq; beneficii gratiam animam memorem, gratumq; rependit. 4. Gratia-  
rū actia.

2. Dividi etiam potest oratio in mentalem & vocalem: & hanc quidem non pure vocalem; non enim oratio est, quæ sola voce constat: eadē verò a ratione, a mente, a pia voluntate non proficiscatur: sed utraq; coalescat necesse est, si orātes coram Deo haberi velimus. Et si oratio obligatoria sola voce cōstet, graviter delinquit, qui attentionē adhibere negligit. Tales sunt qui officium divinum, res alias peragendo, alijs colloquendo persolvere nituntur. 2. Divisio

*Oculi stultorum vsq; in fines terre.* De stultorum illorum numero sunt, quorum oculi varie circumferuntur orationis tempore, dumq; externa hauriunt, gratiam, quæ alioqui de cælis distillaret excludunt ac profundunt. Si verò oratio libera sit, non idcirco orantes culpa caremus, si vel sponte, vel negligentia nostrā animam aliud transferamus. Oratio  
obligato-  
ria.

Quid enim dementius quam (Deo inspectante, audiente, attendente quid dicamus, quid petamus) nos ipsos quasi à nobis, nostroq; instituto, subrahēre, atq; subducere? Ridiculum id est, meritòq; Deus subsannans, nobis hæc regeret. Prov. 17  
24.

*Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longè est à me.* At de his postea. Libera

3. Mentalis, à mente oritur, & dicitur. Tres animæ

*Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longè est à me.* At de his postea.

3. Mentalis, à mente oritur, & dicitur. Tres animæ

3. Mentalis, à mente oritur, & dicitur. Tres animæ

3. Mentalis, à mente oritur, & dicitur. Tres animæ

3. Mentalis, à mente oritur, & dicitur. Tres animæ

3. Mentalis, à mente oritur, & dicitur. Tres animæ

3. Mentalis, à mente oritur, & dicitur. Tres animæ

3. Mentalis, à mente oritur, & dicitur. Tres animæ

3. Mentalis, à mente oritur, & dicitur. Tres animæ

3. Mentalis, à mente oritur, & dicitur. Tres animæ

NVI  
446

Tres mi  
me po-  
tia con-  
currunt  
ad ora-  
onē men-  
talem.

Idē aliā  
duā, ima-  
ginativa,  
& appe-  
titiva.

animæ facultates eam perficiunt, memoria  
nempe, intellectus, & voluntas. Memoria  
res præteritas representat. Intellectus discer-  
tit; Voluntas probat vel improbat; & si bona  
ea sint, reficitur. Ad lendæ ad hanc mensam  
aliæ duæ facultates, imaginativa, nempe, &  
appetitus inferior. Quæ duæ, etsi ex se capa-  
ces non sint virtutis, licet nec rationis, multū  
tamen iuvant ad virtutum complementum:  
nam imprimis, intellectus sine speciebus,  
quæ à sensibus per phantasiam eliciuntur,  
operari nihil poterit. Quæ oculis, auribus,  
gultu & alijs sensibus hauris, ea colligit ima-  
ginativa: & dum intellectus quippiam cōci-  
pere vult, ijs utatur necesse est, formatq; ex  
ijs, species intellectuales, discurret, & ante-  
cedentibus consequentia nectens, aliquid  
concludit ac statuit. Appetitus sensivus  
suo pte genio ad res infimas propēdet, & ani-  
mum ad eas pertrahit; multumq; obli-  
vit, ne assurgat mens nostra ad considerationem  
rerum æternarum. Si sensum fieri possit, vt  
a suetudine atque usu, qui in parte superiori  
delectationē stabili generat, etiam facultates  
inferiores in partem deliciarum pertrahan-  
tur; haud dubie operationes mentales, mi-  
nori difficultate, majori voluptate, comple-  
buntur; Totusq; homo feretur in Deum, di-  
cetq; cum Davide: *Cor meum, & caro mea ex-  
ultaverunt in Deum vivum.* Et licet animalis ista  
pars

Psal. 83.  
3.

pars, canis nomine digna censeatur; *nonne & Matt. 19  
catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa domino-  
rum suorum?* 27.

4. Præcipue ergo facultates quæ ad orationem mentalem ordinariè concurrunt, sunt intellectus, & voluntas. Intellectus verò ut divina ista pertractet, opem ac subsidium ordinis superioris requirit; nempe lucem quoddam ac species divinas, quæ similitudinem quandam habeant rerum, quæ sensibus percipiuntur: ut si Deum concipiat, apprehendet immensam quandam lucem implentem omnia; Si animam Beatæ Virginis, efformabit augustissimam Reginam, regio cultu decoram. Quia sine phantasmatum ope, intellectus caligat; ut in conceptibus naturalibus; ita longe magis in supernaturalibus qui sine luce aliqua superioris ordinis elici non possunt. Et hæc quidem via ordinaria.

5. Non enim abbreviata est manus Domini, *In raptu* ut non possit mentem nostram supra sensus *species in* elevare, & species omnino cælestes desuper *tellectua* effundere, quæ dependentiæ istius à sensibus *es in-* defectum suppleant. Verùm quia hæc ad *fundi.* miracula referuntur, & supra naturam sunt, præcepta de his dare nec volumus, nec possumus. Multum est quod divina bonitas dignatur haud rarò nos visitatione gratiæ suæ, eòq; frequentius ac copiosius, quo nos paratiores ac capaciores exhibuerimus. Quod fiet

NVI

446

*Dispositi-  
ones ad  
auxilia  
superna-  
turalia  
recipien-  
da.* fiet si peccata, eorumq; occasiones, studio-  
sius fugiamus; Si cum timore ac tremore sa-  
lutem nostrā prosequamur; Si de nostra vir-  
tute ac meritis diffidi; Ipe. n. omnē in Deum  
conijciamus; Si sedulō auxiliū, opemq; cē-  
līs advocemus; Si omni animi submissione  
spir. tui sancto locum prębeamus; Si operibus  
bonis intenti, Deum nobis adiscamus, eiq;  
domiciliū pręparemus; Si deniq; grati,  
memoresq; donorum, perpetuō ei gratias tā-  
quam omnium auctori referamus.

*Volunta-  
tes ope-  
rationis  
gratiam  
requirūt* 6. Quod ad alteram facultatē attinet, quam  
volūtatē esse insinuavimus; illam primas  
tenere, vt in omni actione tanquam liberta-  
tis originem; ita & maxime in oratione mē-  
tali certum est. Eius enim est, ceteras facul-  
tates incitare, movere, applicare, ac se ipsam  
adiungere aliarum conatiōis. Et quamvis  
ex proprijs viribus elevari non possit ad inti-  
mam cum Deo unionē, rē adeo sublimē, vt  
potē ordinis superioris naturam omnem ex-  
cedentis: facienti tamen quod in se est, Deus  
non denegat gratiam, quę gratia in eo con-  
sistit, vt cum luasione ac rationibus ab intel-  
lectu divinitūs illuminato manantibus, flectatur  
sensim voluntas elevata, divina quadā  
ope ac viribus cęlitūs datis; quibus & assur-  
git & incēditur amore decori cuiusdam pro-  
positi. Nec ista insensibiliter adveniunt:  
Habet enim & animus sensus suos; alioquin  
cur

cur David diceret: *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum: Et quam magna multitudo dulcedinis tue Domine, quam abscondisti timētibus te perfecisti eis qui sperant in te?* 1. It ergo voluntas vt principum operationis, & actio-  
 num suarum subiectum: ita etiam spiritualis gaudij, omnīq; fructus emergentis sedes ac receptaculum.

SECTIO TERTIA.

De Oratione Vocali.

7. **A**ltera huius divisionis pars, vocalem nobis simul ac mentalem orationem proponit. Huic etymon non male quadrare videtur. Orationis enim vocem D. Hieronymus ab oris ratione derivatam, iuxta grammaticos arbitratur: Atq; adeo oratio nō tantum oris sonus dicēdus erit, sed et rationis: quod ita Apostolus expressit. *Psallam spiritu, psallam & mente;* & regius Propheta. *Servire Domino in timore: & in conspectu Angelorum psallam tibi.* Psallere ad vocem pertinet, cetera ad mentē. Quare ita nō orat vocaliter, qui partis alterius seu mentis functionem ac rationis cooperationem omittit, isq; minimē orare convincitur. Atq; vt utilitates orationis mentalis in suum locum proprium reijciamus; id in præsentiarum dicendum occurrit; Orationem  
 Oratio,  
 oris ratio  
 Epis. 159  
 ad Cypr.  
 1. Cori.  
 14. 15.  
 Psa. 2. 11  
 Psal. 137  
 2.  
 voca-

NVI  
 416



*Oratio* vocalem familiariorē, magisq; usitatam incipientibus, quam mentalem, cuius usus maxime ad eos pertinet, qui in pietate exercitatos habent sensus. Quis enim statim abdita illa mentis arcana pervadit? *Nemo nascitur artifex*: neq; primo die artis instrumenta tractare, nec partes omnes abditi cuiusdā operis discernere ac componere; nec deniq; opus perfectum in lucem edere, tyro vllus vnquā potuit. Opus arduum, abditum, artificiosum est, summo numini sapiēter colloqui; mentem ac voluntatem, animi instrumenta, ex arte tractare, impedimenta removere, vagationes amoliri. Quis statim hanc artem calleat, & magister evadat? Vocali ergo utatur (uti sanctos olim initio fecisse, plurimā testantur historiā) audiet se, & subsidio oculorum iuvabitur.

*Oratio* 8. Orationū vocaliū aliā propriē, aliē mutuas vocales proprias & mutuas. Propriē sunt, quę ex vi orantis spiritus exprimitur; vt ijs contingit qui sub finē meditationis, aut in ardore ipsius contemplationis, ex impetu concepti spiritus erūnunt in voces. Item illis qui Deo familiares sunt; ij quippe sen per parati sunt ad orandum, & ubi soli, facile cor suum incensa voce, animamq; coram Deo effundunt.

Mutuata sunt omnes psalmi, Ecclesię preces, Sanctorum Patrum exercitia spiritualia, meditationes, soliloquia, quibus utimur ad

ex.

excitandum pietatis ignem: & quia saepe inopia spiritus, qui pro nobis orare solet, laboramus, & eo absente nescimus quid oremus; ideo indigemus ope ac subsidio alieno, ne muti coram Domino appareamus. Hoc Christus praeviderat. Ideo nobilissimam orationem nobis consignavit, qua meliorem qui componat invenies neminem. Utiliter quoque precarij libelli eduntur in lucem, qui varias orationes, ad omnes poene actiones sancte peragendas, idoneas continent. Ex movendi magna vim habet, si quibusque rebus inchoandis praemittantur, si breves, si idiomate, quod intelligatur, exprimantur. Nihilominus, non ineptae & inutiles ecclesiae preces, latine editae censendae sunt, si praesertim magna reverentia vel canantur, vel recitentur, prisco, & religionum omnium ritu in hunc usque diem observato. Et si enim non omnino sententia, sensusque verborum capiatur; tamen hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Hoc est, Deus intelligit & animi conceptus, & vocum significationes. Deinde qui canunt, vel preces recitant, divinum numen sibi praesens constituent, cui hoc genus laudis, & gratiarum actionis, gratum esse noverunt. Sepe cantores regibus audientibus occinunt ignota lingua. Sepe actores versum ignorant, quem recitant. Latini tamen ac gratulabund haec illi faciunt, nec minus lubenter audiuntur, quam si ver-

*Libelli precarij utiles, lingua vulgari.*

*Latinae preces praesertim Ecclesiae non vituperanda. Sap. 1. 7.*

NVI  
416

si verborum sententiam caperent. Fateor me saepe permotū fuisse cantu, sed maxime psalmodia religiosorū & sanctimonialiū, quæ et si vsquequaq; non capiant, quæ concurrunt; vt intelligantur tamen optime efficiunt; earumq; pietas miro modo in audientium animos influit, penetrat, ac medullitus afficit.

*Oratio- 9.* Sunt & idiotæ qui legendi scribendiq; scientia minime præditi sunt. Recitent Beatae Virginis coronam; orationem meliorem fundere non possunt. Si mysteria rosarij sacre mente ruminare interea valeant, precium operæ recipient: Sin minus, non perdunt laborem suum, modo cor ad Deum eleuent; desiderium accensum aliquid obtinēdi habeat; de delictis veniam petant; necessitates exponant; reconciliari Deo percupiant; quod à Deo aliquid petant seridè cogitent; & per orationes has quas fundunt meritis Domini nostri se impetraturos confidant.

*Oratio- 10.* Vtiliter quoq; recitantur orationes ad omnia opera; vt cum mane surgis, & vestes induis: vesperi cum exuis. Solebant olim monachi sancti, texere corbes vimineas, stercoras neçtere, humeris onera portare, dumq; hæc agerēt, orationes interserere. Noverant utilitatem perpetuæ ac continuatæ conversationis cum Deo. Et sanè hac ratione multas demonis suggestiones, cogitationes ineptas, tentationesq; evadimus, et si enim non vsq;

adeo

adeo mens attendat; pium tamen opus fa-  
ciens se quantum potest Deo adiungit: nec  
ranta attentio requiritur, dum orationes hæ  
recitantur per modum laudationis divinae,  
quanta dum ex professo nos orationi accingi-  
mus, & in particulari per modum colloquij  
postulamus. Huc facit quod homo ad se fre-  
quentius redeat; & dum pulchra aliqua sen-  
tentia, vel mentio Dei, aut Servatoris vel B.  
Virginis intercurrit, novo vel lætitiæ, vel ti-  
moris, vel doloris, aut spei motu perfunditur,  
& attentionem renovat. Alia ratio est de  
precibus obligatorijs, quæ quo mandato, vt  
fiant præcipitur, eodem ut rite decenterque,  
persolvantur nos obstringunt.

SECTIO QUARTA.

De Oratione privata & publica.

27. **E**T si mētalis orationis fructus longé sit  
luberrimus, & in eo genere beatis mē-  
tibus, quæ sine corporibus, divinus laudibus  
incūbunt, haud ablimiles videamur; in hac  
tamen mortalium regione, orationis vocalis  
vſus ac neceſſitas latiffimè patet: nam quæ  
publicè peraguntur tremenda myſteria, can-  
tu ſolemni, et ſæpe muſico concentu obeun-  
tur, nuſquam certe niſi voce, aut clara, aut  
ſubinde demiffa: ſacramenta deinde omnia  
B VOCIS

Diviſio  
3.

Oratio  
publica  
vt pluri-  
mum vo-  
calis.

NVI  
446

vocis sono conficiuntur: officia divina tam diurnis quàm nocturnis horis cantu complentur. Benedictiones rerum omnium prece vocali perficiuntur. Pontifices hoc ritu inaugurantur vt etiã Abbates, ceterique Prælati Ecclesiæ. Quid de fontis Baptismalis consecratione bina per annos singulos. Quid de vestimentorum omnium, quæ sacrificio in cruento adhibentur; de Ecclesiarum dedicatione, benedictione, reconciliatione quæ incredibili apparatu fieri solent proferam?

*Vocalis  
orationis  
fundamentum.*

12. Vtique compositi sumus ex corpore & anima, quæ etsi nobilior sit, eiusq; functiones præponderent corporis actionibus, imò & corporis motus ab anima valore omnemutuentur: nihilominus in hoc mundo tanguntur, videntur, sensibus percipiuntur corpora; animi non item. Hic corporum non animarum domiciliū est; ideo corporales omnes spirituales pauci. Quid mirum ergo si Sacramenta, si signa corporea, si officia corporaliter exhibentur? Hinc templa magnifica, diuinis laudibus cantandis extructa, in his amplissimæ dignitates, summo cum ornatu & pompa visuntur. Summi Pontifices septi patribus purpuratis in choro: Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Archimandritæ, alijque Prælati utriusque sexus: religiosi varij ordinis canonici tam regulares quàm sæculares quæ

omni

omnia faciunt ad decus, ornamētum q̄; eccle-  
 sia; & hi omnes concinnē ac decorē divina  
 per solvunt officia, instar Angelorum, summa  
 cum dignitate ac splendore in subsellijs con-  
 cinentes omnipotenti Deo, qui hoc genere  
 obsequij, summo opere delectatur, hac enim  
 celebritate, sempiterna illa maiestas cognos-  
 citur, laudatur, colitur, & à falsis dijs ac om-  
 ni religione impura discernitur. Cumque *Neglec-*  
 homines, huiusmodi celebritates atque of- *tus officij*  
 ficia, vel deserunt, vel parvipendunt, vel in *divini*  
 ijs se perfunctorie gerunt, graves Deus im- *multa*  
 mittere solet calamitates; permittit hereses: *mala in-*  
 religionem in Barbaras remotasque natio- *vehit.*  
 nes transfert, donec demissis animis culpam  
 agnoscamus, & ceteris postpositis, cultus ip-  
 sius ac religionis primam rationem habere  
 re ipsa profiteamur. Hinc bella, pestes, vasti-  
 tates, ruinę cœnobiorum, ecclesiarum direp-  
 tiones, bonorum ecclesiasticorum ad sæcula-  
 res translationes, totius inquam, Reipublicę  
 interitus. Cur ita? quia divinis honoribus,  
 commoda nostra præferimus, nec primū,  
 sed nec postremū quidem quarimus reg-  
 num Dei, & justitiam eius. Ideo bona tem-  
 poralia tantū abest ut adijciantur; quin  
 etiam subtrahuntur omnia, sæpeq; repenti-  
 nus multorum supervenit interitus.

13. Ceterū magna dignitas est divinas  
 laudes summę illi maiestati, noctes dieſque  
 occinere.

B 2

occinere.

NVI

446

occinere. Beati viri tui, & beati servi tui Domini  
 3. Regū. qui assistunt coram te, & audiunt sapientiam tuam.  
 10. 8. caelestes spiritus imitantes incessabili voce  
 laudes tuas decantantes. Quàm iucundum,  
 quàm delectabile, quàm honorificum in  
 conspectu Dei stare, perfrui infinitis visita-  
 tionibus, solatijsq; quæ liberalissimus Domi-  
 nus in obsequio suo degentibus rependit.  
 Luca 24 Nonne cor nostrum ardens est in nobis, dum Do-  
 32. mino IESV loquimur, & ipse nobis loquitur  
 in hymnis & confessionibus, benedicentibus  
 Dominum?

Oratio 14. Quod non licet publicè, semper priva-  
 tim cum Deo loqui permittitur, etiam omni  
 ubiq; si- loco. Volo ergo: ait Apostolus viros orare in omni  
 ri potest. loco, levantes puras manus, sine ira & disceptatione.  
 ne. Quod argumentum S. Basilus sic egregie

Hom. 13 pertractat. Non locus (inquit) sed propositum  
 requiritur. Ieremias enim in luto orat, &  
 Deum attraxit. Daniel in Leonum lacu Deum placavit.  
 Tres pueri in camino Deum promeruerunt. Lathro non cruce  
 prohibitus, quin paradysum asecutus fuerit. Iob in stercore  
 Deum ad misericordiam provocavit. Igitur ubicumq; fueris, ora. Hæc Basilius,

Hom. 79 cui iussragatur S. Chrysostomus. Ne quis  
 inquit, quispiam mihi dicat, quod nequit homo  
 secularis continuè per diem orare, & ad ecclesiam  
 concurrere: potest enim & quàm facillimè. Si mentem  
 namq; mundam habeas ab immundis motibus  
 licet in foro sis, sive in via, sive in mari, sive in  
 diver

*diversorio, sive in officina positus, sive sis ubicumq[ue].  
Deo poteris invocato, petitionem obtinere.*

Nec mirum quod de loco minus esse debeamus solliciti, si sacer haberi commode non possit: nam Dominus à nobis tantum exigit, *vt ingrediamur cubiculū, & clauso ostio illic Deum oremus in abscondito.* Quid si ne cubiculum habeamus? Sanè cubiculum optimum, recessus conscientie nostrae est; illic enim ab omni hominum vana laude securi (quod illis verbis intendit Dominus) tutò orare possumus. Sive ergo privatim, sive publicè, si nobis ipsi non desimus, & Deum ubique praesentem inveniemus, & petitionis nostrae fructum reportabimus.

*Math. 6.*

### SECTIO QUINTA.

*De elevatione mentis in Deum.*

15. **P**otissima superest difficultas in definitione orationis dissolvenda. Divus enim Augustinus naturam orationis in elevatione mentis constituere videtur, dum ait. *Quid autem oratio, nisi ascensio animae de terrestribus ad caelestia, inquisitio supernorum, invisibilium desiderium.* Quae superne sunt, attolli volunt animos: quomodo enim attinges, quae in eminenti loco suffixa, si inferne mancas? Vbi deinde invisibilia nisi in caelo? Sustollas.

*Ser. 230.  
de tempore.*

B. 3

ergo

NVI

416



- te ergo necesse est, si invisibilia, si superna complecti desideres. In eandem sententiam S. Damascenus definit. *Orationem esse, ascensionem mentis in Deum.* Questio perelegans, que non parvas utilitates contineat.
- lib. 3. fid. 24. *ort. cap. 24.*
16. Cum autem elevationem aut ascensionem audis, presumis hominem non esse elevatum sed deorsum degere: & cum Sacerdos hortatur populum dicens, *sursum corda*, supponit ea repere, minimeque elevata. Omnino ita est. Audivimus hominem descendisse à Jerusalem in Ierico: item incidisse in latrones, addo, despoliatum; denique plagis inflictis prostratum seminecem. Deus bonorum quot calus, quot depressiones ac deiectiones quonam profundius demergi posset adhuc vivens? Verum si abyssus abyssum invocet, & de precipitijs peccatorum in baratrum malorum omnium presumptionem, aut etiam in gurgitem desperationis incidat, quam difficile erit hic lapsum sustollere? Ex quo arguitur, alios alijs profundius demersos, alios alijs facilius elevari, facilius ad Deum ascendere atque accedere. Illum difficillimè de quo
8. *Psal. 41.* & de precipitijs peccatorum in baratrum malorum omnium presumptionem, aut etiam in gurgitem desperationis incidat, quam difficile erit hic lapsum sustollere? Ex quo arguitur, alios alijs profundius demersos, alios alijs facilius elevari, facilius ad Deum ascendere atque accedere. Illum difficillimè de quo
3. *Prov. 18.* alijs facilius elevari, facilius ad Deum ascendere atque accedere. Illum difficillimè de quo
6. *Psal. 33.* Sapiens. *Inpius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit;* Hos facillimè de quibus
- Status et David. *Accedite ad eum & illuminanimi, & facies dignitas vestra non confundentur.*
- ante lapsum. 17. Illud etiam suppono ante lapsum iuxta ordinem divinae dispositionis, hominem eleva

elevatum fuisse: non utique esse conditum in nuda natura, sine vllis donis, quę illum supra naturę humanę vires ac conditionem attollerent. Non ita. Sed eum Deus evexit ad statum atque ordinem naturam excedentem; muniens eius animam participatione divinę naturę: mentem exornans celesti quodam lumine, quo arcana ac divina mysteria cognosceret. Non defuere voluntati, sua virtus ac vires, quibus tamquam pedibus, homo graderetur, staretq; constanter, & adversarijs resisteret. At cecidit: elevari ergo rursus debuit. *Eduxit me (ait David) de lacu miseria, & de luto facis. Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et, qui perfecit pedes meos tanquam cervorum, & super excelsa statuens me. Persequar inimicos meos & comprehendam illos, & non convertar donec deficiant. Confringam illos, & non poterunt stare, cadent subtus pedes meos.* Censetur homo valere si stet in pedes, celeriter, constanterq; ambulet: pessimè verò habere, ac viribus destitui, si jaceat, si exurgere, progredi, currere minimè valeat. Talis erat homo post lapsum, qui absque nova vita, celesti gratiã, viribus internis, virtutibusq; tanquam basibus ac columnis stare, surgere, ambulare, currere nullo modo potuisset. Hoc graphicè Apostolus scribens Ephesijs depingere videtur. *Gratia enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donũ est, nõ ex operibus,*

Psal. 39.

3.

Psal. 17.

34.

Eph. 2. 8.

B 4

vt nũ

NVI

416

vt ne quis gloriatur : ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis quae praeparavit Deus vt in eis ambulemus. Dei factura sumus : nos enim in primo parente omnes creavit, omnes in parētibus nostris produxit, nec hoc secundū corpus duntaxat, sed omnes creati sumus quoad animā in corpus hoc miserum delapsam. Alia creatio est de qua hic Apostolus. Creati enim sumus in Christo Iesu,

Boetius.

& gratia estis salvati, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est : vt creatio, ita recreatio. Qui cecidit stabili non erat ille pedes. Saepe enim labimur, etiam saepe dicamus opus est, Cor mundum

Psal. 50.

crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Ita ergo per spiritum elevamur,

12.

Psal. 39.

de luto miseria, & de luto facis : & statuuntur supra petram pedes nostri, & super excelsa statu-

nu. 3.

Psal. 17.

mur.

34.

18. Hic primus erectionis gradus, & quidem tantus vt ad ordinem superiorem nos promoveat, primęque dignitati restituat. Gradus in rebus creatis, inveniuntur sex, in

Sex gra-

du in

creaturis

quibus, is, qui sequitur, priorem, si non mole ac magnitudine, certē infinitis spatijs superat : id videmus in elementis : erat enim terrarum angustijs Aquarum elementum longē capacius ; sed aer elementis aquę terreeq; vastior. Ignis verò ac celorum, sibi & ordine & magnitudine succedentium, quanta amplitudo? Horum singula equali proportione

Singulis

singulis exceduntur: ita & rerum condita-  
 rum gradibus accidit. Infimæ res sensu ca-  
 rent, qualia elementa, cælique; quæque si-  
 milis formæ in ijs continentur; & licet mole  
 corporis nulli cedere videantur: superantur  
 tamen aestimatione rerû animatarum (qua-  
 les sunt arbores & plantæ) dignitate ac præ-  
 stantia. Quantum verò hæ prioribus præ-  
 stant; tantò inferiores sunt animalibus, quæ  
 moventur, magnaq; sæpe industria prædita  
 sunt; sicut & ista comparatione hominis, qui  
 ob rationis eminentiam, magnam cum Deo  
 ac cælestibus spiritibus habet similitudinem.  
 Quintus gradus est hominum & beatarum  
 mentium, dum in via constitutæ sunt. Viato-  
 res dico, destinatos ad supernaturalem bea-  
 titudinem, ad quam sine gradu naturam ex-  
 cedente, proportionem habere non possunt.  
 Ultimus denique supremæ beatitudinis, ad  
 quam ubi pervenerimus, quò ascendamus  
 ultra non dabitur. Tanta verò distantia est  
 inter hominē solis naturæ limitibus circun-  
 scriptum, & virum iustum gratia sublimem,  
 quanta inter lapidem, & plantam, aut etiam  
 hominem & brutum, aut deniq; inter viato-  
 rum, & beatorum conditionem. Quid si di-  
 cam majorem esse? credo id sine hallucina-  
 tione; nam inter capedo, quæ inter arborem  
 & equum intercedit in naturæ gradibus fun-  
 datur: quæ vero inter hominem, purum &

B 5 iustum.

- 1. Sensu carentium.
- 2. Rerum animatarum.
- 3. animalium
- 4. Hominum.
- 5. Iustorum.
- 6. Beatorum.

NVI  
416

iustum perspicitur, naturam humanam & caducam à participatione divinæ naturæ discriminat. Nec forte aberravero, si minorem distantiam esse dixerim inter iustum & beatum, quam inter hominem in puris naturalibus constitutum, & iustum ob eandem causam: nam nonnulla illic proportio eiusdem ordinis, nempe supernaturalis utriusque respondet: & gratia quæ hominem elevat æternum mansura est in cælis; statumque immarcessibilem accipiet, tanquam basis interminabilis beatitudinis.

19. Hic gradus primam orantibus suppeditat conditionem, quam scriptura sacra nobis præscribit. *Si manseritis in me*, ait Christus, *& verba mea in vobis manserint quodcumq; volueritis petetis & fiet vobis*. Et, *Si cor nostrum non reprehenderit nos fiduciam habemus ad Deum, ut quidquid petierimus accipiamus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & quæ sunt placita coram eo facimus*. Verùm hic gradus communis est omnium virtutum meritis, quæ sine Dei amicitia parum profunt. Elevari tamen debet orantis animus præterea, ut præsens Deo fisci valeat. Hoc faciunt virtutes orationis pedifsequæ, vel iunctæ simul plures, vel earum certè aliquæ. Quæ mentem seu intellectum sublevat imprimis esto fides: ea proponit

*Quæ orantis mentem elevent.*

I.  
*Fides*

Deum in cælis, sedem regni fixisse; ubique totum versari, videre cuncta, nosse omnia,  
ac per

ac penetrare, intentas orantibus aures habere. In hoc, cardo rei versatur, ut quid sit mentem à fide elevari cognoscamus. Suble- vatur mens, dum de Deo cogitamus, avocā- tes cogitationes à rerum conditarum specie- bus: sic tamen ut non tantum ex vi memo- riæ aut naturalis apprehensionis, sed pio maximè fidei & affectu & consideratione: ut si quis matutino tempore Deo se commē- dare volens, genibus nixis vel coram ima- gine, vel si in templo sit coram venerabili Eucharistia, incipiat sibi ob oculos Christum Iesum presentem statuere, bonitatem admi- rari, charitatem complecti; voluntati eius ac beneplacito sese conformare, elevari & di- cere: *Mane astabo tibi, & videbo quoniā non Deus volens iniquitatem tu es, neque habitabit iuxta te malignus, neq; permenebūt iniusti ante oculos tuos. Ego autem in multitudine misericordie tue introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctū tuum, & confitebor nomini tuo.*

*Psal. 5.*

*Affus  
fidei duo  
requirit.*

20. Hæc cogitatio ut sit fidei duo requirit: nimirum, ut rationibus à fide propositis ni- ta ur, quemadmodum sunt ex, quæ à scrip- tura sacra, concilijs, sanctis prophetis ac pa- tribus, qualia omnia mysteria fidei, quæ de Deo, de Christo, eorumque perfectionibus potentia, sapientia, bonitate, infinitate pro- ponuntur. Alterum quod requiritur, est, pia quardā animi commotio seu affectus erga Deum

NVI

416

*I.*

Deum, sine quo fides insipida est, & difficulter hominem valet elevare: utrumque observare licet in orationibus sanctorum, ut cum David exclamat. *Melior est dies una in atrijs tuis super millia.* Et quam dulcia faucibus

*Psal. 83.*

*Psa. 181*

*meis eloquia tua super mel ori meo.* Hæc oratio & ex fidei rationibus, & affectu in Deum piè procedit. Talia quoque esse convenit omnia præludia meditationum, & orationum ingressus, nempe ut excitetur memoria rerum diuinarum, quas mente pertractare cupimus, sic tamen ut affectio animi

*Gratia* non prætermittatur. Utrumque suppeditat gratia præueniens, seu visitatio quædam diuina, tam peccatoribus, quam iustis: nam hæc, salutares cogitationes ingerit, vel ad reconciliationem quærendam, detestanda peccata, aliam vitæ rationem ineundam, vel ad virtutum actus exercendos, simulque affectum commouet ut quod salutiferum per divinam inspirationem cognoscimus, illud vel à Deo postulemus, vel iustum lubenter atque alacriter suscipiamus

21. Altera virtus quæ nos subleuat, est spes, seu fiducia in Deum: hæc enim ex desiderio boni amati nascitur; producit namque desiderium spem, ubi res optata possibilis est.

22. *Spes.* Vis autem desiderij quanta sit norunt qui aliquid vehementer optant: tanta verò spei contentio est, quantum desiderium, à quo illa excitatur

excitatur: vrgentq; simul amor iuxta, ac desiderium, spesq; accensa attollit animum fistitq; Deo, vt quod amat, ac desiderat, postulet donec obtineat. Ex hoc facile notatur differentia inter eum qui desiderio incensus, aliquid à Deo obtinere nititur, & eum qui ne quidem vnquam cogitat quid petat; quia nescit se esse miserum & miserabilem & pauperem & cecum & nudum: fortasse enim arbitratur & dicit: diues sum, & nullius egeo. Ille namq; rapitur in Dei conspectum, eius presentia accenditur, & solatio perfunditur, vt cõtigit pijsimo Regi. *Concupiscit, inquit, & deficit anima mea in atria Domini.* Hic verò dum ad orandum accedit, nescit quid debeat postulare, libellum aperit, & saepe oculis animoq; cælorum, terrarumq; vastas regiones decurrit: quia nullius rei desiderio promovetur; spe quærendi, consequendiq; boni nulla impellitur: manet animus vbi est, & cogitatio, & si petitio sit verbalis, saepe illa quidē, & præter labra non transgreditur. Si quæ tamen virtus hominem elevat imprimis caritas est. Illa in oratione elici vix potest, sine fidei usu, & forte etiam spes has enim virtutes præsupponit tanquam bases suas, sine quibus cõstare non potest. Nemo namque fertur in ignotum, & modus cognoscendi, & agendi proportionem requirit idoneam. Cum amor rerum divina-  
rum

Differen-  
tia inter  
serventē,  
& tepi-  
dum.

Apoc. 3.  
17.

psal. 83.  
2.

3.  
Caritas.

NVI

416



rum naturam exuperet, necesse est, ut proportionata utatur notitia. Quod si fides nos eleuet, uti & spes, quas charitas præsupponit: longe non agis animus sustollitur, ubi his accesserit virtus illa, quæ merito ignis appellatur, cuius naturæ, ad sublimia rēdere, & in ijs residere proprium est.

23. Adde amantem lubenter amico adesse eamque virtutem quæ amare facit, ad amici præsentiam invitare, solaque vel illius recreari memoria. Hinc Deum affectu sincero amantes, & citò in eum rapiuntur, & difficulter avelluntur; nequaquam facile orationis tempore ad diversa cogitationes appellunt.

4.  
*Penitē-  
tia.* 24. Pœnitentia quoque magnam vim continet ad mentem levandam, Deoque sistendam. Ipsa namque & fidem & spem, complectitur, & amicitiam Dei, si conciliata non est, sollicitat; eaque parta compunctionem parit; Cumque ad gratiam, ac benevolentiam offensi numinis, tota aspiret, subjectis, vigētibuscque conscientie calcariibus, non quiescit donec magno cum anantis ardore pedibus eius advolvatur, qui & offensam remittere, & afflictam animam solari possit.

25. Denique omnes virtutes infusæ vim illam habent, ut nos elevent, si modò eas fidei iungamus, & ad colloquiū cum Deo ineundum referamus: potissimum verò quæ theologice vocantur, & quæ ad religionem spectant.

26. Id

26. Id tamen arbitretur, nemo virtutum habitus, qui animis iustorum adherescunt, ex se ociosis pares esse mentibus sublevandis, si quis actum nullum exerat. Iuvant quidem habitus, & dispositiones sunt admodum opportuna; sed dormiunt latentq; in animis nostris, si conatus voluntatis eos non vellicet.

*Soli habitus nos non elevant.*

27. Primum ergo excitanda sunt cogitationes de Deo, quem accedimus; de nostra indignitate; de re qua proponere intendimus desideria excitanda; vis omnis, qua in corpore, vel animis est admovenda. Sensus externi, interniq; adiungendi; ut si supremi Iudicis effigie oculis contuearis, formes intus imaginem, qua affectum inferiorem percellat, & rationem moveat ad quid sublimius, horribiliusq; concipiendum.

*Requiruntur conatus.*

28. Hinc qui rationem ac methodum meditationi tradunt, suadent precaturo, omnium primum poplite flectere, orationem aliquam vocalem edere, praemissa ad imaginem aut statuam aliquam reverentia, tanquam si Deum praesentem intueretur. Tum iubent sibi rem de qua cum Deo agere velit menti praesentem efformare; seque velut in locum rei vel gerendae vel gestae sistere. Deniq; mente & cogitatione immergi penitus atq; absorberi, ut nec a comprehensione illa facile eximiqueat nec avelli. Unde satis liquet, conatus noster ut interveniat oportere arduamq; rem

NVI

416

rem esse à mortali hoc corpore ad beatas sedes attolli, & cum Deo colloquium miscere. Si scientiarum, & artium documenta præceptaque & accuratè traduntur à magistris, et magno labore suscipiuntur à discipulis; certè vt excellentes apud Deum oratores evadamus, & arte & labore opus est.

29. Exercitatio tamen & familiaritas cū Deo hoc negotium multum levat; & voluptatis, quæ vehiculum molle est, adfert plurimum.

*Varij orationū gradus.* Nonnulli difficulter assurgunt; quia onusti voluptatum, divitiarum, curarum, rerumq; caducarum amore, atq; pondere relabuntur.

1. *Qui curis verū* somnolenti alij, minusq; ferventes, sopore altitudine superati remerguntur, velut aliena planè à ratione somniantes.

*secularium deprimuntur.* Alij initio quidem luctantur cum naturæ cogitationibus ac sensibus; sensimq; pervadentes emergunt, nubibusq; omnibus dissipatis victores evadunt. Ascendunt alij, descenduntq; & multa vicissitudine feruntur,

2. *Tepidi.* ac referuntur: tanta in mortali vita infirmitas iactat sursum deorsum, versatq; in

3. *Imbuti amore re* omnem partem cogitationum undis miseram animam à corpore dependentem.

*sum tem* Corpus enim quod corrumpitur aggravat animam, *poraliū.* & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Felices illi qui in cælo habitant. Hi

4. *Infirmi.* moveri nequeunt; in eo, qui immobilis est, *Sap. 9.* plane affixi atq; demersi. Ad hos accedunt

*Id.* in hac

in hac rerum inconstantia, qui cum prophe-  
 ta dicere iam valent. *Mihi autem adharere Deo*  
*bonum est.* Duo enim in orante requiruntur; <sup>53</sup>  
 alterum, ut eò transvolet animus præsensq; <sup>6.</sup>  
 sit, ubi is est, cui preces deferuntur: qui *Spiritus*  
 enim quempiam in oriente existentē roga- <sup>les & per-</sup>  
 tum velit, in occidente consistere non de- <sup>fecti.</sup>  
 bet. Alterum ut in eodem loco peroret, con- <sup>Psal. 72.</sup>  
 stanterq; attendat quid dicat. Hoc beati faci- <sup>28.</sup>  
 unt; mortales eos imitantur, ut possunt, fa- <sup>Duo res</sup>  
 ciuntq; quod valent, non quod volunt. <sup>quiri in</sup>  
 30. Superest dicamus qua ratione oratio à B. <sup>orante.</sup>  
 Augustino dicatur ascensio animæ ad cælestia, <sup>Oratio</sup>  
 inquisitio supernorum, invisibilium deside- <sup>ascensio</sup>  
 rium. Etiam à Damasceno. *Elevatio mentis* <sup>animæ di-</sup>  
*in Deum.* Diximus naturam orationis in pe- <sup>quomoda-</sup>  
 tione consistere; qua de re nullus videtur  
 superesse dubitandi locus. Dicitur oratio  
*desiderium invisibilium* eo modo, quo causam,  
 loco effectus nominamus. Est enim deside-  
 rium postulationis causa, urgetq; mētem ad  
 petendam rem cuius ardore impellitur. Est  
 idem etiam elevatio seu ascensio animæ, ob  
 utriusq; orationis nempe, atq; elevationis  
 concursum ac, ut ita dicam, concomitantiam.  
 Oratio non est, si mens iaceat, & verba si  
 quis fuderit, sine mentis elevatione, is verè  
 non orat, sed verbis aerē verberat. Quomo-  
 do enim is à Deo audietur, qui ne se quidem  
 ipsum, & quid dicat attendit, nec audit? Et si

¶

ergo

NVI

416

ergo oratio, ex natura sua, oriatur ex desiderio ininvitabilem, & intrinsece coniuncta cum elevatione mentis, nihilominus oratio

Reg. 4. c. nis natura in petitione consistit, sed elevatione mentis, & desiderio rerum æternarum æstuantis. *Rapius est Helias in calum resignens curru igneo: & rapitur qui precatur vectus & ascendit Elias* nimirum hisce duabus desiderio et mentis ardore subnixo. Hæ sunt alæ columbæ, quibus volat et requiescit; quibus solitarius se elevat, et tacens levat se supra se. His ancillis subnixæ Hester regina, animaque fidelis ante magnum Assuerum sedentem in throno derertur, et quicquid postulat obtinet.

Male enim supplicaret qui regem Hispaniæ Madriti residentem, Romæ interpellaret, si parumque prodesset libellum supplicem scripsisse, quem nullus præsens porrigeret. Dum homines ascenderunt in templum ut orarent. Et Moyses montem conscendit. David denique ait, *levari oculos meos in montes, unde veniat auxilium mihi.* Qui negotia habet in aula, quantumcumque alijs committat, nunquam aut melius aut citius expediuntur, quam per eum cuius interest. In oratione, nostra persona, non aliena requiritur. Si absentem sumus, frustra quippiam obtinere præsumimus. *Petite, ait Christus, et dabitur vobis: quærite et invenietis: pulsate & aperietur vobis.*

Luc. 18.

v. 10.

Psal. 120

2.

Luc. 11.

9.

TEXTVS

## TEXTVS SECVNDVS.

Ad me.

## SECTIO PRIMA.

De modo acquirendi vsū præsentie Dei, &amp; retinendi.

**E**tsi quæ diximus de mentis elevatione sufficere debeant; multa tamen ij, qui Deo familiaritè vtuntur, hoc loco desiderari querentur, si de modo, et acquirendi vsū præsentis numinis, et retinendi, dicere prætermittamus. Hæc verò ratio concipiendi Dei præsentis, dirigitur ab intellectu, fide instructo, et caritate incitato maxime si auxilium desuper, lumen videlicet ac singularis animi motus accesserit. Hosq; modos et alios diuinus spiritus facile suggeret. Horum primus proponit diuinam maiestatem in Regia cælesti, throno sublimi residentem infinito lumine coruscantem cinctum vndiq; Angelorum, beatorumq; gloria & innumerabilium spirituum laudibus ornatum videntem, regentem, beantem solo nutu omnia. Hanc habuit considerationem David cū dixit. *In conspectu Angelorum psallam tibi,* et Ioanes in Apocalypsi pluribus locis; sicut et Isaias. *Vidi autem, Dominum sedentem super*

*Modi vsus præsentie diuine.*

*1. In throno regio.*

*Psa. 137*

*2.*

*Isa. 6. 2.*

*per*

C 2

per

NVI

416

per solium excelsum, et elevatum, et ea que in ipso erant replebant templum. Seraphin stabant per illud sex ala uni, & sex ala alteri. Sic pagani solē invocant, a quo videri se arbitrantur omnia accipere.

2. Quod de divinitate diximus, Christi humanitati ē cælo in terras prospiciēti tribuere non est difficile. Ita orabat B. Stephanus videns calos apertos, & Iesum stantem a dextris Dei.

3. Idem foret si Iesum nobis à dextris astantem tanquam virum eminentem (qualē depingit Seneca) videremus. *Aliquis ait, bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus; ut sic tanquam illo spectante vivamus, omnia tanquam illo vidente faciamus.* Ita regni propheta divinam maiestatem astantem concipiebat. *Providebam Dominum in conspectu meo semper; quoniam a dextris est mihi, ne commovear.* Sic beatos spiritus, sic patronos nobis adesse, sic sanctos quos invocamus vel ē cælo prospicere vel dextrā nobis claudere, non frustra subinde considerabimus.

Et quidem de Christi divinitate extra aleam est, non tantum latus cingere, sed & corporis animosq; penetrare. Beati vero spiritus adfunt frequenter, & licet in cælo forent, nos vident ut non minus nobis opitulentur quam si propius adforent, sicut & ceteri beati.

Psal. 15. 8.

Quomodo sancti nobis adfunt.

4. Iuvant etiam non parum imagines ac  
 figuræ, quæ sensus externos internosq; ita  
 feriunt, vt quis in memoriam statim veniat  
 eorum quæ per eas formas significantur,  
 atq; adeo animum abripiunt, vt ipsum pro-  
 totypum ei copulent. Sic in effigie Christi  
 cruci affixi, ipsum verum Dominum intue-  
 ris statua illa tanquam veste circumcinctum.

5. Facillima vero uti & verissima Dei præ-  
 sentis ratio comparatur, quando coram ve-  
 nerabili adorandaq; Eucharistia, mentem  
 animumq; effundimus.

6. At memores simus, qua ratione Iacob  
 viderit Dominum innixum scalæ, & quasi  
 è vertice mundi, singula quæ in eo fiunt  
 prospicientem, vt reddat unicuique secun-  
 dum opera sua. Ideo Deus idem agno-  
 theta actionum nostrarum supremus, qui Iudex  
 futurus est viuorum & mortuorum. Ita esse  
 testantur sacra litera. Descendit (ait Moyses)  
 Dominus vt videret civitatem & turrim quam  
 edificabant filij Adam. Et Regius psaltes. Deus  
 de celo prospexit super filios hominum, vt videat  
 si est intelligens, aut requirens Deum. Dominus  
 in templo sancto suo: Dominus in celo sedes eius.  
 Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebra eius  
 interrogant filios hominum. Deniq; . Tu laborem  
 & dolorem consideras. Tibi derelictus est pauper,  
 orphano tu eris adiutor.

7. Quod si verum esset uti Philosophi qui-  
 dam

4.  
 Per im-  
 gines.

5.  
 In Eucha-  
 ristia.

6.  
 Deus ago-  
 notheta  
 omnia cõ-  
 siderat.

Ge. 11. 5

Psa. 52. 3

Psa. 10. 5

Psa. 9. 14

7.  
 dam

NVI  
 416



7. *Deus perfectius est in singulis rebus quam si eas animaret.* *Homil. 8 in Ezec.* dam commenti sunt) mundum esse animatum; eiuſq; formam, velut animam Deo toti eiuſq; singulis partibus intimè adhaerere; facillimus sane modus foret divinum numen alloquendi, cum ubiq; totus & teger eſſet. Verùm, perfectius Deus totus est in singulis rerum conditarum partibus quam si illas animaret. Hinc D. Gregorius. *Transseat ergo animus, & ab ijs transmittat omne quod creatum est. In solo creatoris summine fidei oculos figat, quod vnus vivificet omne qui creavit Deus, quod ubiq; est, & ubiq; totus.* Deus enim vnicuiq; rei tribuit esse, existentiam, essentiam, & quicquid perfectionis singulis rebus est. Et hæc omnia sic cõseruac si singulis momentis eadem produceret. Et si esse suum ab his retraheret, illa proprie esse desinerent, & in nihilum ruerent, quod longè nobilius potentiuſq; est, quam viuicare aut quippiam animare.

8. Alij Deum concipiunt velut immensum quoddam lumen diffusum per omnia, penetrans, pervadensq; vniuersa, non minus quam sol, si mundus foret crystallinus. Idem Christus dicebat. *Ego sum lux mundi: quod etsi de lumine spiritali intelligatur; Deum tamen, lumen quoddam est, quod a nullo re quantumlibet densa, aut obscura excludi potest.*

9. Hæc subtilia sunt. Quid si in creatura *opera*

operantem sic nobis persudaeamus, vt omnia quæ sunt, & agunt, per ipsum & esse, & agere certò certius credamus? Sic enim D. Antonius cuidam philosopho, respondit. *Meus codex ò Philopophe natura creaturæ est, & adest cum voluero, verbaq; Dei re- lego.* Ita per iualium habebat Regius propheta. *Ignis, inquit, grando nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.*

Deus opo-  
ratur in  
creaturis  
Tripart.  
Hist. lib.  
8. ca. 1.  
Psa. 148  
8.

10. Qui vero considerationi passionis Domini-  
nicæ addicti sunt, atq; adeo ea delectantur, vt  
immersi videantur, ij summa facilitate dum  
orationi vacant, in Deum elevantur; eius  
rei testis est Bernardus locupletissimus, cuius  
animo perpetuo obverfabantur dolores Sal-  
vatoris sui. *Et ego, inquit, fratres, ab ineunte  
conversacione, pro aceruo meritorum, quæ mihi  
desse cognoscebam, hunc mihi fasciculum colligere,  
& inter vbera collocare curavi, collectum ex om-  
nibus anxietatibus & amaritudinibus Domini  
mei.*

10.  
Passionis  
domini-  
ca memo-  
ria.  
Super. I.  
Cant.  
Serm. 43

11. Verùm quid opus, Deum tam remo-  
tis a nobis spatijs querere, cum regnum Dei  
intra nos sit? *Vir bonus* (ait Seneca,) *sine  
Deo nemo est.* Nescitis, inquit Paulus, *quia  
templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vo-  
bis?* Denique ipsa Dei sapientia, ita loquitur.  
*Si quis diligit me sermonem meum servabit,  
& Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus  
& mansionem apud eum faciemus.*

11.  
Epist. 47  
ad Luci-  
lum,  
I. Cor. 3  
v. 16.  
Ioan. 14  
23.

C 4

Ergo

NVI  
416

Ergo loqui ipsi nobis licet intra nos : nam  
 & anima sibi ipsi cum vult, loquitur. Quid-  
 ni & alij intimè præsentis ? Sicut corpus ore  
 verbum efformat ; ita & animus , mente  
 verbum producit. Deus vero qui vbiq; est,  
 & illic est, & verbum est ; scit quid loquaris  
 & loquitur tibi, alioquin nec vbiq; esset, nec  
 loqui posset. Verum ait ipse. *Clamabit ad*  
*me, & ego exaudiam eum ; cum ipso sum in tribu-*  
*latione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Quid sibi  
 vult quod Ioannes ait ? *Ecce sto ad ostium &*  
*pulso : si quis audierit vocem meam , & aperuerit*  
*mihî ianuam , intrabo ad illum, & cœnabo cum illo,*  
*& ipse mecum .* Loquitur ergo verbum Dei  
 nobis : & si ei ostium aperiamus, elinguet  
 enimvero nos erimus : & tam excellent  
 cœna sine sermocinatione peragetur :  
 Demus & his qui internæ conversationi  
 addicti sunt & modos aliquos cum Deo lo-  
 quendi , agendiq; frequentius . Id fiet, si  
 Deum in superioribus agnoscamus ; pariter  
 item & inferiores tanquam Dei filios repu-  
 temus . Catharina Senensis cœlum quod-  
 dam in terra componebat . Deum in parenti-  
 bus venerabatur : angelos in fratribus  
 fororibusq; complectebatur, eis intimo af-  
 fectu obsequabatur. Ita nos hortantur aposto-  
 loli ; *Obedite dominis carnalibus cum timore , &*  
*tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo-*  
*nom ad oculum seruientes , quasi hominibus placen-*

sed vt servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruietes; sicut *I. Pet. 2. 17.* domino, & non hominibus. Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam dispolis.

13. Pari ratione, in rebus conditis non tam res ipsas agere, quam Deum ipsum, is qui concipit haud a scopo aberrabit. Si te ignis calefaciat, si cibus reficiat, si odore perfunderis, si veste indueris, si domo tegeris, si lumine recrearis, si molli lecto reciperis, si ex harmonia solatium recipis, crede hæc non ab igne, cibo, odore, veste, domo, lumine, lecto, festoq; sono procedere (quæ omnia nec stare, nec effectum vllum producere possunt sine eo, à quo sunt, conseruantur, & agunt) sed longè magis ab eo, qui dat omnia affluentè, & à quo omne datum *Iac. I. 17.* optimum, & omne donum perfectum desursum est. Id agnosce, lauda, prædica eum, qui hæc tam liberali, profusaq; tibi manu elargitur.

14. Iuvat orantem mirum in modum, sibi certò persuadere, Deum non tantum in nobis existere & agere: verum etiam nos in ipso esse, moveri, ac vivere. Non essem aut *I. Per eius* S. Augustinus, Deus meus, non omnino essem, *essentiam* nisi esses in me. An potius non essem, nisi essem *in te, ex qua omnia, per quem omnia in quo* omnia.

13.  
Deus quo  
modo per  
se, omnia  
bona no-  
bis largi-  
atur.

Iac. I. 17

14.  
In Deo  
nos esse.  
I.

NVI  
416

omnia. Hunc modū pulcherrima similitudine expressit idem S. Augustinus. *Tanquam, conf. c. 5. ait, si mare esset ubiq; , & vndiq; per immensa ! Simile spatia infinitum solam mare, & haberet intra se accōmo- spongiā quamlibet magnam, sed finitam tamen; dum. plena esset spongia illa ex omni sua parte, ex immenso mari, sic creaturam tuam te infinito plenam pu. abam & dicebam. Utinam & nos, & putare, & dicere, contingeret: Quis enim solatio summo non perfunditur, qui se intra Deum esse, & tanquam exiguam spongiā in oceano infinito, repleri, circumfluere, immergiq; bonis omnibus agnoscit?*

2. *Per gratiam. Natate quid? Qui pisces? Respiratio. Ioan. 15. 6.* 15. *At spongia vitā non habet, ex se omnino immobilis. Fiamus boni pisces, & in gurgite tam vasto natemus. In hoc natant quicumq; in Christo Iesu baptizatur. Hic sordes omnes abluuntur. Extra hunc fluvium vivere, qui volunt, mori necesse est. Respiratio quæ non ex fonte gratiæ Saluatoris trahitur, noxia est, ac pestilens, Christo autore qui ait. Si quis in me non manserit mittetur foras, & arescet, & in ignem mittent, & ardet. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Natat quoq; qui proficit in dies ac progreditur de virtute in virtutē. Natat qui in vastis illis fluminibus opera Dei meditatur. Natat qui ac gratia visitationibus divinis frequis, per creaturas mentē deducit, nunc cælestia*

Iestia rimatur; nunc transeuntium rerum breuitatem, instabilitatemq; considerat. Nunc Christi hominis dolores, perfectionesq; contemplatur; nunc ad eius diuinitatem, potentiam, sapientiam, bonitatemq; a surgit.

16. Verum pisces hi, seu contemplantes qui terras & aquas huius mundi decurrunt non raro lutulentos pedes referunt, longeque ardentius more auium aerem puriorem expetunt. Fiamus & nos auiculae in purissimis solis radijs suspensi, a terrenis omnibus maxime semoti: oculos in sole n iustitiae conijcipientes. *Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & Psal. 72. volabo, & requiescam; & sicut aquila irreflexo 28. obtutu sole aspiciam? Mihi adherere tibi, bonum est, ponere in te Deo meo, spem meam.*

17. Consideremus in caelis fontem fore, ex quo fluvij ingentes, in quibus beati omnes Per Deum natabunt, & absorbebuntur ab ubertate do- visionem mus illius. *Heu mihi quia incolatus meus pro- Psal. 119. longatus est. Heu, quando veniam & apparebo 5. ante faciem Dei mei? Illic enim est fons vitae; & Psal. 41. fluminis impetus laetificat civitatem Dei et volupta- 3. tis torretes, copiosissimi ne qui illic sunt hauriunt. Psal. 35. 10.*

18. Verum de oratione, quam hic viato- res fundimus aeturi, ne ad laudes beatorum Psal. 45. prorumpamus. Imitemur nautas, qui dum a terra in altum promoveri cupiunt, quo for- Simile. tius terram contolunt, eo longius ab ea

NVI  
416

ea recedunt. Ita & nos calcemus terrena omnia; omnia arbitremur vt stercora, & Christum lucrifaciamus, eiq; viciniore erimus, altiori flumine, gratiaq; ampliori nabitabimus.

19. Nitamur Christum consequi; cogitatione & affectu eum queramus, haud dubie ipsum ad nos pertrahemus. Qui funem in altera ripa suffixum trahit manu, illum non attrahit, sed ripam assequitur. Et qui Deum cogitat, Deum querit, Deum non attrahit, sed ad Deum trahitur, ac promovetur.

*Cant. 1.* *B.* *vetur. Sic sponsa in canticis. Trahe me post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Trahit nos Dominus cum media quibus nos trahat adhibemus, conatumq; ad illum assequendum admovemus. Dicit ergo tibi Dominus ascende ad me: Ascende, inquam, & ipsum invenies, & cum eo tibi bene erit,*

## SECTIO SECVNDA

### *De preparatione ad orationem.*

1. **O** Perosum plerisq; videtur a sese auelli, ad Deum conscendere, ac presentem compellare. Id omnino certum atq; exploratum est; mirum tamen esse non debet, cum ob actionis sublimitatem, nostraq; infirmitatem; tum quod haud raro impa-  
gata

cati ad orationem profilimus, nullamque animi præparationem adhibemus. Magna res est quam molimur; & quam stultū putare, exilia quædā perfici non posse sine magnis dispositionibus; orationem verò coram tanta Maiestate pro dignitate posse pronuntiarī adhibita præparatiōe aut nulla, aut certè exigua. Quis orator audiat coram Cæsare perorare, non præcogitato expolitoque argumento? Quis ædificare sumptibus non computatis, qui necessarij sunt? Quis bellum gerere sine apparatu bellico? Quis civitatem expugnare sine machinis, alijsq; opportunis subsidijs? Oratorem perfectum quarimus, qui coram suprema Maiestate dicat appositè. Architectum, qui sibi in cælis æternam domum ædificet. Ducem, qui hic hostem prosterнат & sempiterni Regis gloriam amplificet, qui mundum expugnet, cælumq; vi rapiat violentus. Hæc omnia divino subsidio perficiuntur; atqui subsidia huiusmodi oratione consequimur. At sine arte? sine cura? sine præparatione? Monet nos sapiens. *Filijs, ascensus ad servitutem Dei, sta in Iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Et ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. Tentaret Deum orator, qui coram Rege dicturus, speraret dicendo, & rerum copiam, & sermonis eloquentiam sibi non defuturam, licet ignavo*

*Præparatiō  
ticnis ad  
orationē  
necessi-  
tas.*

*Similia*

1.

2.

3.

4.

*Ecccl. 2. 2*

NVI

416



ignavo parūq; exercitato. Quare ne suffundamur rubore, & muti oratores & inepi mendicantes appareamus, cum ad orationem accedimus, cogitare necesse est quemnam accedamus, quid velimus, quid potulemus, & qua ratione libellum nostrum porrigamus. Hinc optime sibi consulant, qui dum meditationi se accingunt, materia subiectam præcipiunt, eamq; copiosam, ne in tanto convivio panem sibi deesse sentiat: alioquin exponimus nos tentationi, & multis dæmonum molestijs qui cum, paratis negotij plus satis facebant, tum maxime defidebus, & minimè dispositis illudunt.

*Dispositionum  
alia remota.*

1.

2. Dispositiones verò variæ sunt. Remotiores aliæ, aliæ propinquiores. Dispositus non est adorandum qui peccandi retinet voluntatem, huius oratio execrabilis est coram Deo: similiq; ei, qui in præsentia parentis filium immolat. Quid vero acerbius quam coram parente, filium discerpere, trucidare, mactare? Filium Dei iterum crucifigere arguitur, qui nequiter agit, & in voluntate peruersa remanet. *Iniquitatem* (ait sanctus Ioan. 9. Rex) *Si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Scimus quia peccatores Deus non exaudit.* lib. 3. de *Isidorus* eleganter; *Duobus modis ait, oratio summo impeditur ne impetrare quisquam valeat postulata. beno. Hoc est; Si aut quisq; adhuc mala committit: aut cap. 1. si delinquenti sibi debita non dimittit.*

3. Alij

3. Alij sunt peccatores qui peccarunt, & crimen nondum displicuit. Accedunt ad orationem, non placata Domini facie; hi in se ipsos penetrent, *aspicien: in corde suo iniquitate.* Eam tollant concepto singulari dolore de admiffa culpa; reconcilientur irato Iudici; alioqui *non exaudiet Dominus.*

4. Quem nondum ita perfectè peccati pœnitet, vt in gratiam cum Deo redierit, is excludi nõ debet ab oratione. Requirit tamẽ B. Thomas in eo conditiones quatuor, nempe, vt pro se non pro alijs supplicet. Qui sibi nequam cui bonus? Qui vix sibi prodesse potest, quomodo alijs proderit? Qui inimicus est, ingerere se non debet aliorum causa, intercessurus. Abunde ei erit, si ad sollicitationẽ reconciliationis admittatur. Altera conditio est, vt non qualibet petat, sed quæ ad salutem conducunt, vt sunt odium peccati, fugaque occasionum eiusdem; fidei, spei, timorĩq; divini incrementum, & amoris Dei ac iustitio: deniq; gratia reconciliationis cum perseverantia. Pie insuper ac humiliter petat necesse est cum motu Spiritus Sancti, aut certè ex habitu fidei, spei, & dilectionis Dei, quavis adhuc imperfectæ. Deniq; perseverantia in oratione necessaria est: non enim tã citò magni principes culpas præsertim ex malitia conceptas condonant, rogari volunt identidem, vt pluri condonatio æstimeretur.

5. Magno

2.2. q. 33  
art. 16.

Oratio-  
nes pec-  
catoris  
conditio-  
nes qua-  
tuor re-  
quirunt,  
I.

NVI  
416

5. Magno quoq; impedimēto est incuria vitā-  
darū culparū venialū, hęc enim caritatē, quę  
orationis fervētis incentivum est, debilitant;  
animū ad terrenas cupiditates inclināt; mē-  
tē distrahūt in varia desideria, pietatis firmitatē  
exacerbant; deniq; dapellas, quas amio

**De Tem-** Dei in interna degustāt cōversatione, reddūt  
**plo Salo-** insipidas. Hinc V. Beda, *multum (ait) iuvat ora-*  
**tionis.** *tionis puritatem, si in omni loco, vel tempore nos ad*  
*actibus temperemus illicitis, si semper ab ociosis ser-*  
*monibus auditum pariter castigemus, & linguam*  
*Quacumq; enim sapius agere, & loqui, vel audire,*  
*solemus, eadem necesse est sapius ad animum, quę*  
*solitam propriamq; recurrant ad sedem. Et sicut*  
*sues volutabra, sive palustria; columba limpida so-*  
*lent frequentare fluentia: Ita cogitationes puram*  
*mentem immunda perturbant, castam spiritualiter*  
*sanctificant. Hęc Beda, quę sancti viri doctri-*  
*na si nobis cordi foret, purior ac vegetior*  
*oratio nostra evaderet.*

**Collatio** 6. Cassianus inter remotas dispositiones,  
**9. cap. 3.** animi perturbationum seu passionum refrige-  
nationem; extinctionemq; reponit. Hęc nāq;  
voluntatis sedem invadunt atq; occupant,  
omnino aliō cogitationes, avocant, & cum  
amorem sui in animo defixerint, tyrānidem  
exercent eaq; ingenerāt desideria, quę meti-  
gunt homines in interitum.

**Libri** 5. 7. Divus Gregorius curas, sollicitudines,  
**moral.** desideria rerum inanium, occupationes iud-

iudicat esse seponenda. Interpellant enim hæc sæpe orantes, loquuntur nobiscum, varias rationes rerum agendarum suggerunt, & non rarò momenta quædam ac conceptus mentis oculis adeò efficaciter obtrudunt, ut ea ne magno quidem studio cogitabundi invenire possimus. Comminuunt hæc solitudines omne robur pietatis, evacuunt devotionis sensum, cassamq; atq; oppressam orationem relinquunt.

8. Requirit idem Sanctus Pontifex solitudinẽ. Hæc enim plurimum conducit attentioni comparandẽ. Ea verò duplex est: corporalis alia; alia mentis. Corporalis plurimum orationis negotium promouet. Hinc S. S. Patres nocturnum tempus semper impensè commendarunt. Et sanè Bernardus. *Locum, ait, & tempus observare oportet eum, qui sibi orare voluerit; tempus feriatum commodius, aptiusq;e, maxime autem cum profundum nocturnus sopor inducit silentium; tunc planè liberior exit, puriorq; oratio. Quàm secreta de nocte ascendit oratio, sola arbitro Deo, sanctoq; Angelo, qui illam superno altari suscipit presentandam! quàm grata & lucida, verecunda, colorata rubore! quàm serena & placida nullo interurbata clamore, vel strepitu! quàm demiq; mundi, & sincera, nullo respersa pulvere terrenæ solitudinis, nulla aspicientis laude, seu adulatione tentata!* Hæc Bernardus. Omnino conformiter consilio Salvatoris. *Cum autem*

D

oraveret

Solitudo  
duplex.

I.

Corporalis.

Ser. super cant.  
86.

NM

416

oraueris intra cubiculum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito, & qui videt in abscondito reddet tibi.

2. *Mentalis* 9. Secellus hic opportunus est orantibus. Patrum tamen proderit ( eodem Gregorio auctore ) si loci, non hominis solitudo sit, solus enim non est qui mente multis colloquitur, qui infinitarum rerum species versat animo, qui ingentes negotiorum moles pertractat, hic solus est, qui soli praesens est. Numinis qui ab animo omnes creaturas exclusit; Deo seque excepto, videt neminem. Vnum Deum instar omnium habens, caetera obliuiscitur. *Lib. 30. moral. c. 12.* Quid prodest ( ait idem Beatus Pontifex ) solitudo corporis, si defuerit cordis? negotium in oratione cum vno Deo nobis est; quae propter ipsum adsunt orantibus, oneri sunt & impedimento.

*In schala claus. seu de modo orandi.* 10. Veniamus ad dispositiones propinquiores, quae sensim formam ipsam pariant, & inducant. B. Bernardus gradus quatuor constituit, lectionem, meditationem, orationem & contemplationem. *Gradus 4* Lectio est sedula scripturarum cum animi intensio, inspectio. *1* Meditatio studiosa mentis actio, occulta veritatis notitia ductu propria rationis inuestigans. *2* Oratio est deuota cordis intentio in Deum pro malis amouendis, & bonis adipiscendis. *3* Contemplatio est mentis Deum suspensa eleuatio, aeterna dulcedinis gaudia degustans. *4* Beata vita dulcedinem lectio inquit

meditatio

meditatio inuenit, oratio postulat; contemplatio degustat. Lectio quasi solidum cibum ori apponit; meditatio masticat ac frangit, oratio saporem acquirit; Contemplatio est ipsa dulcedo, qua iucundat, & reficit. Lectio in cortice; meditatio in adipe; Oratio in desiderij postulatione; Contemplatio in adeptia dulcedinis delectatione. Ponamus exemplum. In lectione, audio Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ecce breue verbum, sed suaue & multiplici sensu refertum. Ad pastum anime quasi vnam ministravit, quam postquam anima diligenter inspexit, dicit intra se; potest aliquid boni esse! Pretiosa, & desiderabilis est res ista, cum possessores beati dicuntur, quibus visio Dei) que est vita aerna) promittitur. Hoc ergo sibi plenius explicari desiderans incipit hanc vnam masticare, eamq; quasi in torculari ponit. Deinde excitat rationem ad inquirendum quid sit, & quomodo haberi possit. Hac adeo pretiosa & desiderabilis mundicia, quam vt obtineat, à Deo postulat, & dum obtinet, tandem ea in anima perfruitur.

Ex his possumus colligere quod lectio, sine meditatione arida est. Meditatio sine lectione erronea; oratio sine meditatione tepida; meditatio sine oratione infructuosa. Oratio cum deuotione contemplationis acquisitiua. Contemplationis adeptia sine oratione aut rara, aut miraculosa. Hac ferè Bernardus; cuius sententiæ summa est, vt mens tota orantis in actum reducatur, atq; imprimis intellectus, vel diuino motu adue-

D 2

niente

Oratio  
quid?

4

Contem-  
platio  
quid?Eorum  
officia.

Mat. 5.8

NM

416

niente, vel propria excitatione, luce quadam caelesti illustretur: inardescat deinde animus & rei praesentis concepta pulchritudine, ac desiderio in Deum rapiatur, cum eo colloquatur, optata postulet, ac reportet: denique consolatione perfruat, atque imbutus interno gaudio remaneat. Quod partim per lectionem, partim per commentationem rerum diuinarum asequimur. Ultima ergo orationis dispositio est, actualis ut vocant deuotio, seu animi in Deum elevatio ope caelesti subnixi. De meditatione, oratione, ac contemplatione postea dicturi sumus.

*Deuotio  
actualis  
quid?*

### TEXTVS TERTIVS

*In Montem.*

*Orationis dignitas & excellentia explicatur.*

*Cur Ora-  
tio mons-  
este dica-  
tur.*

1.

*Psal. 113  
16.*

*Matth. 6*

2.

3.

**H**ic orationis excellentia, dignitasque exprimitur. Monsque ipsa oratio dicitur, quod quicquid in oratione est, in sublime elevatum esse oportet. Deus in primis ad quem oratio dirigitur, in caelis habitat. *Calum caeli Domino; terram autem dedit filiis hominum.* Docuit & nos sic orare: *Pater noster qui es in caelis.* Orantis quoque animum ibi esse decet, ubi est cui ipse loquitur, & a quo beneficium postulat. Ergo & ipsam supplicationem in monte, locoque sublimi esse convenit. Nisi ipsam

ipsam orationem montem esse dixerimus,  
quod totum hominem subuehat, & coram  
supremo Domino constituat. In montis ana-  
logia dignitatem orationis consideremus. *Analogia*  
Mons quantò sublimior est, eò longiùs à val- *montis*  
libus terraq; homines disiungit. Oratio mor- *cum ora-*  
tales à profundissimo peccatorum barathro, *tione &*  
ab affectu rerum terrenarum, ab amore di- *eius dig-*  
uitiarum, ac voluptatum; à carnis amorisq; *nitas.*  
proprij illecebris, quæ mortales demergere *1.*  
solent, segregat. Qui etenim orat, novo quo- *Oratio*  
dam spiritu, qui caducas res omnes fastidit, *hominem*  
imbutur: nullaq; efficacior ratio calcandi *à terra*  
quicquid mundus admiratur, atq; amplecti- *subleuat.*  
tur, quàm frequens in palatij cælestis cellam *1.*  
vinariam ingressus ac conueratio. Accidit *2.*  
eum qui orationi, commentationiq; spiritu-  
ali addictus est, totum esse in consideratione  
iudiciorum Dei, beneficiorum acceptorum,  
bonitatis, sapientiæ, omnipotentia, eiusdem;  
Quàm horribile sit incidere in eius manus;  
Quàm iucundum & eius amicitia frui; &  
protectione muniri. At hæc cum peccato &  
illecebris mundi commercium non habent.  
Quiq; ista considerat; illa prorsus ipsi desipi-  
ent actutum, fastidiumq; ingenerabunt. Quis  
enim horrèdas inferni barathri penas com-  
prehendens, breuitatem, fallaciamq; mundi  
considerans; æternæ beataq; vitæ delicias  
de gustans, ad peccatorum sordes, rerû flux-

NVI  
416



arum quisquillas reuerti uolet? Cum longe excellentiores dapes in ipso orationis epulo proponantur.

2. *analogia* 1 in radijs. In montis cacumine sol radios diffundit, nec ij vel ab ædificijs alijsve rebus quæ montibus subesse solent arceri possunt, aut etiam impediri quo minus mons incalescat, & ex generentur quæ naturâ loci enasci solent.

In oratione, si vsquam, radij solares apparatus cælitus emitti, nec arceri possunt: *Qui enim habitat in adiutorio altissimi, in protectione Domini commorabitur.* Ecquando animus in adiutorio altissimi habitat atq; commoratur, non orationis tempore? Hi radij sunt quibus

*Exod.* 34 29. facies Moysis inflammata est. Hos radios expressit Saluator cum in monte Thabor oraret presentibus Moysæ, & Elia. His radijs

*Matth.* 17. Pauli oculi triduo post lapsum illuminati sunt cum cæcus euasisset ex Christi corporis gloriosi, veri solis aspectu. Inflammantur certe

2. *In calore* homines Dei congressu: a quibus adeo Apostoli (qui presentes interfuerunt orationi illi in monte Thabor) absorpti sunt. ut Petrus uoluit sui immemor in has voces erumpere

*Matth.* 17. 4. *Domine bonum est nos hic esse: Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Elia*

3. *unum*, Generatur enim uero hisce radijs solaribus solidissime virtutes, cognitio ac scientia cælestium rerum, quæ adeo profunda fructuum, radices agunt in animis nostris, ut & nobis

nobilissimo

nobilissimos fructus, & alijs solatia produ-  
cunt vberissima, vti statim dicturi sumus co-  
piosius.

3. In montibus nascuntur fontes qui ad val-  
les defluunt, & arenaria quæq; aspergunt, fer-  
tilitatemq; important. *In er medium montium* Psal. 103  
*pertransibunt aquæ*: ait Propheta regius: & 10.  
abundantes quidē instar torrentium & ma-  
gnorum fluminum. Oratio lachrymarum  
fontes procreat, compunctionem cordis pro-  
ducit teste Ieremia: *Facta est velut mare con-*  
*tritio tua, quis medebitur ei?* Oratio: Vberes  
gratię rivos, alendis virtutibus emittit; sub-  
limes animos deprimat, & ad demisse de se  
sentiendum, & in infimis obsequendum in-  
clinat. Arida sunt cetera virtutum opera, si  
hoc rivulorum fluxu atq; asper sione careat.

4. Qui in montibus degunt, viciniore sunt  
cælo. Qui in orationis monte versatur: Deū,  
angelosq; sibi vicinos ac familiares reddit.  
Hinc Sanctus Ephrem Pijssime, vt solet; de-  
sidera, ait, *orationem familiare cum Deo colloquiū.*  
Omnis enim oratio sancta et pura, cum Deo fami-  
liariter agit. Oratio autem perfecte Deum deside-  
rantium, magna cum letitia, fiduciaq; multa, ipsum  
etiam cælum iugiter penetrat. In ipsa Angei atq;  
Archangeli, & coram throno sancti & excelsi vir-  
versorum Domini illam statuunt.

5. Ex hoc alia exurgit orationis laus, quod  
vim habeat Deum expugnandi, atq; in sen-  
tentiam

D 4

tentiam

3. analo-  
gia.

Psal. 103

& 10.

Thre. 2.]

.13

4. analo-  
Ser m. de  
Virgini-

4

Oratio  
familia-

res nos  
reddit

5

Oratio  
Deum ex-

pugnata

NVI

416

- tentiã suam pertrahendi. Voluit olim Deus  
populum suum perdere: Opposuit se Moyses,  
Deum vinxit, manusq; quodammodo, illum  
ne perderet, obligavit. Et dixit, inquit David  
vt disperderet eos. Si non Moyses electus eius st-  
tisset in confractioe in conspectu eius. Magna vis  
hominis dexteram omnipotentis, ne iratus  
hostem conterat, præpedientis. Eadem de  
causa Ieremiã orare vetuit. Tu ergo ait Do-  
minus, noli orare pro populo hoc, nec assumes pro  
eis laudem, & orationem & non obsistas mihi. In  
quẽ verba Hieronymus. Quod autem dicit, &  
non resistas mihi; illud ostendit quod sanctorum pre-  
ces iræ Dei possint resistere. Vnde & Dominus lo-  
quitur ad Moysen, dimitte me. Hęc Hierony-  
mus. addit, epistola ad Gaudentium; Quando  
dicit, dimitte me, ostendit se teneri posse, ne faciat  
quod minatus est. Dei enim potentiam serui pre-  
ces impediabant.
6. Ex eodem fonte manat & hæc orationis  
cõmendatio; eos, qui Deo familiariter vtun-  
tur, quæcumq; velint summa facilitate con-  
sequi; Deumq; paratiorem esse ad parendũ  
voluntati nostræ, quàm nos ad ei dicto audi-  
endum, atq; invocandum. Quid enim verba  
illa Davidis aliud indicant; voluntatem tri-  
buentium se faciet, & deprecationem eorum  
exaudiet, & salvos faciet eos? Quid & illud?  
Petite & dabitur vobis: querite, & invenietis.  
Pulsate, & aperietur vobis. Quid facilius quam  
petere

Psal. 105  
23.

Ierem. 7.  
16.

Exod. 32  
10.

6.  
Exaudiri  
à Deo o-  
rantes.

Psa. 144  
19.

Matth. 7

perere, querere, pulsare? Horū fructus certò  
 adiunguntur. Dabitur vobis; inuenietis; ape- *Isai. 65.*  
 rietur vobis. Per Isaiam idem nobis promit- *24.*  
 titur. *Eritq; antequam clament, ego exaudiam,*  
*adhuc illis loquentibus, ego audiam.* Audit Deus,  
 & attendit nobis loquentibus; exaudit etiã  
 necdum loquentes quidem: est enim Pater *In specul.*  
 omnium, novitq; quibus indigeamus. Vide- *Histori.*  
 amus modo an harum promissionum stet fi- *parte. 2.*  
 des. Sanctus Dominicus (vt beatus Anto-  
 ninus auctor est) amico religioso confidenter  
 manifestavit, se nihil vnquam à Dei benigni-  
 tate postulasse, quod consecutus nõ fuerit.  
 Cui ille. Fac ergo inquit Pater, vt Magister *Probatas*  
 Conradus (hic doctor erat & eruditione & *exemplis*  
 pietate apprimè celebris) ordinem tuum *1.*  
 capessat. Placuit beato viro consilium; noc- *S. Domi-*  
 teq; sequenti, fusa ad Dominum prece, effec- *nici.*  
 tum est, vt magnus ille magister Conradus,  
 dum in officio divino manè hymnus canit-  
 tur *Iam lucis orto sydere*, advolveretur pedibus  
 Beati Dominici, obnixè habitum religionis  
 postulans, obtinuit, totaq; vita vocationis di-  
 vine veritatem insigni sanctitate comproba-  
 vit. Beata Scholastica soror S. Benedicti, cū  
 sermonem vesperi cum sancto fratre misce-  
 ret de rebus spiritualibus, illumq; tempus ad  
 monasterium revertendi moneret, abitur- *2.*  
 entem sancta virgo brevi prece (vix enim *S. Schol-*  
 palmis faciem texit) retinuit. Orta namq; *astica,*  
*est*

D 5

est

NM

416

est tanta tempestas, ut pedē efferre nocte illi  
 sancto viro non licuerit, orsumq; sermone  
 ad auroram vsq; produxerit. Quid hic ma-  
 gis mirere, virginis fiduciam, quæ tā breui  
 tempore, adeoq; succincta oratione, sperare  
 ausa est Dominum, cælos, & elementa mo-  
 turū, ut id obsequij solatijq; petenti famula  
 deferrent; an vero celeritatem, qua diuina  
 bonitas obsecuta est virgunculæ, nulla ne-  
 cessitate urgente, sed ut illius tantum volun-  
 tati subveniret. Non imparem se præbuit

3.  
*Cathari-  
 na Senen-  
 sis.*

Catharina Senensis erga Confessarium, qui  
 inquietudine conscientie laborabat, dubius  
 an peccata sibi remissa forent. Promisit illi  
 se a Domino petituram singularem cordis  
 compunctionem. Petijt, obtinuit. Tamque  
 admirandus dolor cordi eius insedit, ut ne  
 disrumperetur, ille ipse timeret Confessarius.

4.  
*Dorothea*

Quid dicam de Dorothea virgine, quæ cum  
 mortem præferret deorum venerationi, asse-  
 rebat brevi fore, ut carperet rosas in horto  
 sponsi sui. Theophilus executionis minister,  
 prolata mortis sententia, illudens virgini cū  
 inquit veneris in hortum sponsi tui, mitte  
 mihi ex rosis, & fructibus, quos in illo asseris  
 reperiri. Promisit se facturam; amputatoq;  
 eius capite, Angelus in forma speciosissimi  
 pueri, calathum rosis, & fructibus plenum  
 Theophilo obtulit, dicens: Dorothea tibi  
 mittit fructus ex horto sponsi sui decerptos.

Erat

Erat autem mensis Februarius. Stupefactus Theophilus, Christo nomen dedit, atq; in eius confessione gloriose mortem oppetijt. Quanta infinitæ illius Maiestatis promptitudo in obsequendo votis, & desiderijs eorum qui ad ipsam recurrunt.

7. Angelorum mentionem fecimus ; Qui enim in oratione frequentes sunt, angelicam & conversationem imitantur, & consortio saepe perfruuntur, deferunt enim hæ beatæ mentes in cælum orationes nostras, nosq; apud supream Maiestatem, singulari studio commendant; quod Tobias expertus est, cui Angelus; Quando (ait) orabas cum lacrimis, & sepeliebas mortuos, & relinquebas prandium tuum & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Vidit (Cornelius centurio orationi adiectissimus) Angelum Dei introeuntem ad se & dicentem sibi. Orationes tuæ, & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Christo Domino in agonia constituto apparuit Angelus confortans eum. Deniq; orante, sine intermissione Ecclesia pro Petro, ait. Angelus, qui eum è carcere liberum deduxit.

8. In montibus crescit herba admodum opportuna alendis ovibus. Dicebat Sanctus Rex. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit. Super aquam refectio- nis educavit me, animam meam convertit. Hoc enim

7.  
Angelorum  
consortium  
ora.ibus.

Tobia.  
12. 12.

Act. 10.  
3.4.

Luca. 22.  
43.

Act. 12.  
5.7.

8.

Refectio  
Psal. 22.  
1.2.

enim

NVI  
416

enim præstat oratio. Oratio varia præta, nobilissimaq; pascua proponit, quibus pia mens reficiatur; nunc divinis perfectionibus considerandis; (quales, sapientia, bonitas, infinita potentia, misericordia;) nunc Christi domini vite commentatione. O quam iucundum sapidissimas passionis eius virtutes carpere! Quam dulce apostolorum labores zelumq; contemplari! martyrum constantiam, confessorum sanctitatem, virginum puritatem, internis velut dentibus ruminare. Quam egregia præta merito scripturæ facta reputantur! Quid vberius, quidve accuratius consideratione rerum à Deo conditarum, quid admirabilius, quam in ijs auctorem ipsi operantem intueri, atq; ex eo cuncta proficere, iuxta ac consistere. Hæc in oratione, meditationeq; uti in fonte, dulcedo potatur, & velut sapidissimus cibus in precationum montibus, summa voluptate, masticatur.

9. In montibus crescunt vites, vitesq; apte primè maturescunt. Vnde quæso ordines religiosi, congregationes sanctitate, doctrinaq; florentes emerierunt, nisi ex frequenti cum Deo conversatione? Illic constitutiones, regulæ, monita præclara originem hauerunt. Et quicumque Ordines, congregationes, sodalitia singulari sanctitatis laude emicuerunt, ij omnes orationis, & cõmentationis studio, fructum omnem splendoremq; acceptum referre

9.  
Religiosos parit  
Ordines.

referre debent. Atq; in quibus pietatis sensus atq; orationis ardor deferbuit, iidem ipsi, paulatim decus omne suum, ac gloriam amiserunt.

10. In montium visceribus thesauri haud raro absconditi reperuntur; vt auri fodinae, argenti, ferri, aluminis, plumbi; aliorumve metallorum venae, quae etsi inconditi motes ac praefractae rupes minus praesferunt; tamen industria hominum factum est, vt imperia, regnaque hisce creverint, & vires, roburque acquisiverint. Quis putaret in orationis studio tantas opes reperiri? auri certe venae sunt vberimae, & charitatis thesaurus incomparabilis invenitur, puritas mentis, integritas vitae; Virginitatis, ac castimoniae decor, omni argento nitidior ibi reconditur; constantia ferro durior; humilitas plumbo vilior, sed ingentis ponderis, & valoris; obedientia quavis lamina flexibilior inde comparatur. Superat prudentia, fortitudo, temperantia, iustitia, aliaeque virtutes, omnia metallorum genera, quae ex abditis, subterraneisque venis, hoc est, ex humili, & ab hominum oculis remota prece eruuntur, & omnes regnorum opes. Haec namque decorat virtutes omnes, quae & orationibus acquiruntur, & immensum accrescunt. Quanta ergo opes in hac una laude continentur? Plura de eadem virtute Gregorius Nicensis ita statuit. *Oratio,* inquit,

10.  
*Oratio  
thesaurum  
habet re-  
conditum.*

*Lib. 2<sup>o</sup>  
Orat.*

inquit,

NVI

416



inquit, corporum robur est, abundantia domus, velle legum ac iuris in civitate constructio, regni vires, belli trophoeum, pacis securitas, dissidentium conciliatio, coniunctorum conservatio. Oratio, virginis sigillum est, matrimonij fides, viatoribus securitas, dormientium custos, vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas, navigantium salus, eiusdem cum Angela honoris conditio, praesentium fructus, futurorum presentatio. Haec Nissenus, quae vere attribueda orationi veniunt; quod ipsa vim habeat haec omnia, & impetrandi & conservandi.

- IO  
Orantium  
visitationes.  
Proverb.  
8. 17.  
Psalmo  
5. 5.  
Psal. 41.  
4.  
II  
Oratio  
sacrificia  
perficit.  
Psal. 67.  
16. 17.
- II. In montes matutinus ros descendit copiosus. Mane orantibus visitationes caelestes, fluentia gratiarum lachrymarum rivi descendunt abundanter. Qui mane, ait, sapienter vigilaverint ad me, invenient me. Mane astabo tibi (ait pietissimus Rex) & videbo, quoniam non desero te. Deus volens iniquitatem tu es. Denique, fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte.
12. In montibus sacrificia offerre apud varias nationes solemne iam inde a mundi initio fuit. Iussus est Abraham in monte filium immolare. Elias in monte bovem ferit, ignisque de caelo lapsus, eius sacrificium approbavit. Samaritani in monte offerebant. Denique; & Christus Dominus sacrificium in cruentum in monte Sion: cruentum in monte calvariae consummavit. Hic est mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus. mons pinguis. In hoc monte

tribus populis fecit Dominus convivium pinguium;  
convivium vindemia, pinguium medullatorum, vin- *Isa. 25.6*  
demia defecata. In monte orationis sacrificia

omnia celebrantur: nam vt omittam nullū  
sacrificium sine oratione; sacramenta om-  
nia cum oratione perfici; præcipuam eorū  
dispositionem oratione constare: oratio ipsa  
sacrificium est auctore Davide. *Dirigatur ora-  
tio mea sicut incensum in conspectu tuo, elevatio* *Psal. 140*  
*manuum mearum, sacrificium vespertinum.* Illa <sup>2.</sup>

sacrificia omnia elevat ante thronum divinæ  
Majestatis, & devotionis adipem: cōdimen-  
torumq; voluptatem admiscet. Illa se, suaq;  
omnia in odore suavitatis, supremo numini  
vovet, dicat & consecrat. Illa in igne arden-  
tissimæ caritatis, vitia omnia absumit: carnē  
domat; desideria inordinata frenat; libidi-  
nem coercet, omnia opera, totumq; homi-  
nem in holocaustum incendit, & offert in  
odorem suavitatis. Non est hic opus ordines  
sacros quisquam suscipiat; omnes huius sa-  
crificij sacerdotes sunt. *Vos genus electum* *1. Pet. 2.*  
*(ait Apostolus) regale sacrificiū, gens sancta, populus* <sup>9.</sup>  
*acquisitionis.* Sic omni loco & tempore, omni

hominum generi, sacrificia summo Deo  
offerre integrum est. Hoc præstat oratio, quæ  
(si quid vsquam) in templis sanè, primas  
obtinet: Ideo Dominus per Isaiam. *Domus*  
*mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.* *Isa. 56.7.*

13. Montes vt alti sunt, ita & procul se vi-  
dendos

NM

416

dandos exhibent. Qui orationi sæpe dant  
*Oratio* operam, ad magnam iensim veniunt sancti-  
*alijs Edi-* tatem: quæ, etsi quantum ij possunt, occulte  
*ficatione* tur, se tamen suo fulgore prodit. Non enim  
*adsert.* permittit dominus lucernas abscondi sub  
*Matth. 5.* modio, sed super candelabrum collocari, ut  
 15. luceat omnibus qui in domo sunt. Tales fuerunt divi Antonius, Benedictus, Gregorius, alijq; eminentes sanctitate viri, qui etsi latebras quærent; dulcedine conversationis divinæ capti: eos tamen Dominus, ut civitates supra montem posuit, qui & ab omnibus viderentur, & suo sinu plurimos complecterentur

*Matth. 5.* 4. In montibus crescunt abietes, arbores sunt altissimæ, at etiam non curvæ, sed omnino rectæ. *Populus in sylva,* abies in montibus altis. In oratione rectitudinem consequimur. Hic curvitas intentionis retorquetur, atq; in rectum protenditur. *Recti diligunt te,* ait sponsa in Canticis. Itaq; qui orationi assuescit; Deum diligit, rectusq; sentim efficitur. Assurgit etiam in summam altitudinem, quia curvitas quæ in diversa prominebat, extenditur, & in longum obtinet, quod ineptè protrudebatur. Crescit certe in omni genere virtutû, qui cum Deo frequenter est: ipse Deus rectitudinis est regula; nec vult ab alijs amari, laudari, quam à rectis & prominentibus, id est proficientibus. *Exaltabit*

14. *Oratio*

*rectitudinem et profectum in spiritu procreat.*

*Can. 1. 3*

*Psal. 32.*

*Psal. 31.*

31.

ate iusti in Domino, rectos decet collaudatio. Et etiam in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

15. In montibus exercitus securior est, quā in valle: tū quia videt, hostem nec ipse omni ex parte videri potest, eidem detrimentum inferre, cum ipse lædi facile non possit. Mons est oratio, qua dæmonum & adversariorum artes, doliq; deteguntur: & contra eorū impetus munimur. Securus est, qui in hoc mōte consistit; ne descendat in domū suam; & qui in agro (apertisq; huius mundi periculis versatur) non revertatur querere tunicam suam, sed fugiat ad montes. Hanc enim securitatē Chryso-  
Chrysofost. solstomus orationi tribuit. Magna ait, arma sunt preces, magna securitas, magnus thesaurus, magnus portus, refugij locus. Gene. 30

16. Me dies tempusq; deficiet, si laudes orationis prosequi velim. Illud vnū mihi prætermittendum non est; nullū honoris genus eum hoc conferri posse, quo suprema illa maiestas homunculos abiectissimos dignatur; vt nempe quilibet quodcumq; vbi- cumq; voluerit accessum habeat; cum Deo colloqui; infirmitates, dolores, necessitates exponere; subsidium petere; opem, auxiliū, consilium, consolationem reportare valeat. Nec est alia natio tam grandis, que habeat deos  
Deu. 4.7. appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Ecquid sumus nos, vt

E coram

NVI  
416

coram tanto Domino appareamus? Nos pul-  
 vermiculi: ille Deus immensus. Nos pul-  
 visculi; ille manu gestat orbem. Nos terra  
 & lutum: ille lumen incōprehensibile. Nos  
 nihil, ipse & est qui est, & quicquid est, ab eo  
 auctore manat, & conservatur, & nobis fa-  
 cultatem illam indulget, vt accedamus, fa-  
 lutemur, colloquamur: & si non faciamus  
 nobis, irascitur. Et cur nos nobis potius non  
 irascimur, socordiam nostram, & ingrati-  
 tudinem detestantes? Quid ergo tanta digni-  
 tione excellentius? quid nobilius? quid iucun-  
 dius? Et nos tædet, nobisq; admodum grave  
 est, aut manè, aut aliquoties interdum ipsum  
 accedere. Quidni grave eius alloquio privari  
 ei non adesse; ab eo non refici? quæ mensa  
 quæ dapes, quæ solatia cum hoc vel vno con-  
 gressu conferenda? Solatia ignorant, qui hoc  
 experti non sunt; cuius experientia absterge-  
 solatorum vanorum omnem appetentiam.  
 Sed heu miser homuncio, cur te hoc solatio  
 destituis! nempe, quia carere non vis emer-  
 dicatis solatiolis huius sæculi, huius carnis  
 huius, & quidem brevissimi temporis. Ex-  
 perire alterum, & videbis fæces esse, vene-  
 num, amaritudinem, pœnam, dolorem, quicquid  
 quid est, tanti honoris, ac tantæ gloriæ, vo-  
 luptatisq; comparatione. Audiamus Chry-  
 sostomum elegantissimè de hoc argumētum  
 differentem: me enim elinguem in re adeo  
 ampl

*lib. 1. de  
 orando  
 Deo.*

ampla atq; ardua esse profiteor. Quis non ob-  
 stupefeat, ait, & admiretur, tantam benevolentiam  
 erga nos Dei, ut mortalibus tantum honoris largi-  
 atur ut dignos nos habuerit, qui cum ipso colloqua-  
 mur, nostraq; vota apud ipsum deferamus? Nam  
 verè cum Deo fabulamur, quoties vacamus depre-  
 cationi; per quam simul & Angelis copulamur; &  
 societatem, quam cum brutis animantibus habeba-  
 mus, procul effugere videmur. Angelorū enim opus  
 est deprecatio, superans interim etiam illorum di-  
 gnitatem, si tamen maius est Angelorum dignitate,  
 colloquium miscere cum Deo. Atqui; quod id su-  
 blimius sit, ipsi nos docent, multo quidem cum tre-  
 more, vota sua offerentes. Hactenus Chryso-  
 st.

## TEXTVS QVARTVS.

Et esto ibi.

1. **M**andatur Moyfi, ut montem con-  
 scendat, verbis expositis. Ascende,  
 ait, Dominus, in montem. Haud dubiè, ut ibi  
 aliquid, vel agat, vel audiat. Et ex consequenti,  
 non ut ascendat tantum, & statim rursus ad  
 locum vnde ascendit, redeat: Quid enim  
 prodesset ascendisse? Ecquis esset adeò stu-  
 pidus, qui se mandato satisfecisse arbitraretur  
 si conscenso monte, illicò recurreret. Ni-  
 hilominus, nequid integritati mandati delit  
 addit Dominus, & esto ibi. Quam necesse  
 Moyfi fuerit id inculcare, non disputo. Meo  
 sane instituto, hæc pars ita necessaria est, ut  
 si deesset prorsus foret adijcienda. Mandatur

E 2

nobis

NM

476

nobis orationis exercitiū. Huius, mādati vix  
vnquam memores sumus: & si subinde pi-  
entissimi recordentur, & vtcumq; frequētes  
sint in hoc monte: retinendi sunt tamen, ne  
recurrant mente, ac cogitatione, nōnumquā  
etiam affectu, ad ea quæ deseruisse oporteret.  
Persæpe sanè non pauci citius pœne descen-  
dūt, quàm in orationis monte pedē fixerint.  
Idcirco additur: *Et esto ibi*, Non enim est in  
monte, qui domi negotiatur, & ea pertractat  
animo, quæ ante ascensum exercebat. Quare  
de præcepto orationis, de attentione, & con-  
ditionibus eiusdem ante omnia nobis disse-  
rendum erit.

### SECTIO PRIMA.

#### *De præcepto atq; necessitate orandi.*

1. **M**agnum Deus humanæ infirmi-  
tati beneficium præstitit, dum  
non tantū virtutum actus, & præsidia ad  
salutem nostram & quærendam, & confer-  
vandam necessaria, verbo, scripto, exemplo  
nobis exposuit; sed etiam eadem severè mā-  
davit, cū perdendæ suæ amicitia, pœnarumq;  
gravissimarū incurrendarū interminatione,  
si desimus officio præscripto nobis, in quo  
singularis eius bonitas elucet, quandoquidē  
& eius mandato respondere, & simul eter-  
nam

nam gloriam promereri, vna eademq; via liceat.

2. Oratio virtus est, eiusq; vtilitates, quã eminentes sint, & ex parte vidimus, & magis elucebit postmodum. Verum abhorremus à sententia Pelagij & hereticorum qui orationem vtilem volunt, necessariam minimè. Cur necessariam? Primò quia præcepta est: quia sine ea vel iustitiam, vel salutem consequi nequimus.

3. Nemo fallatur, ratus rem arbitrariam esse orationem; ait enim Sapientia æterna. *Oportet semper orare, & nunquam deficere. Quid Luca 18.* sibi vult dictio oportet? Certè importat orandi i, & præceptum, & necessitatem. Nec tantum voluit nos Dominus orare, sed etiam semper orare, nempe quantum humana fragilitas patitur. *Sine intermissione orate. Hac est enim 1. Tessal.* voluntas Dei ait Paulus Apostolus. Orate quotidie non intermittentes susceptam orationis studium, & quantum fieri potest, vt exponit S. Chrysostomus. Hoc præceptum novum non est, etiam antiquis est datum. *Subditus esto Domino* (ait David) *& ora eum. Ecclesiasticus Psal. 36.* quoq; idem præceptum proponit: *Non impediatis* (inquit) *orare semper, & ne verearis vsq; Eccl 18.* ad mortem iustificari: id est ne finas te impediri 22. à tam necessario exercitio. Beatus Augustinus, eandem comprobat veritatem. *Qui Probans.* *non bona data, ait, dare filiis suis, petere nos, & 121. c. 8.*

E 3      quarere

NVI

416



querere, & pulsare compellit. Quod quare facias, qui novit, quid nobis necessarium sit priusquam perzamus ab eo, satis exploratum est.

4. Hoc divinum mandatum fundamento admodum solido nititur. Quid enim prodest homini esse, si & semper esse, & beatus esse non possit? At qua ratione id assequemur? Tenetur enim quisq; seipsum diligere, conservareq; (vbi res omnes facere advertimus) & primam sui ratione ducere, maxime vero vbi de salute eterna agitur, quam sub pena perpetue damnationis querere, adipisci q; obstringimur, etiã lege divina, & naturali. Quid enim prodest homini esse, si & semper esse, & beatus esse non possit? qua inquã ratione id assequemur? Qua via? Quo subsidio? oratione constanti ac continua petitione. Quid alia via, ac ratio nulla? Nulla planè. Cum enim à Deo auxilium hoc pendeat, nec ipse largiri statuerit nisi petentibus, necesse omnino est, ad orationis asylum cofugere ni perire velimus. Hanc veritatem sic confirmat.

B. Augustinus. Nullum credimus ad salutem, nisi Deo invitante venire: nullum invitatum salutem suam, nisi auxiliante Deo operari: nullum, nisi orationem auxilium promereri. Hec Augustinus. At

Lib. de Ecclesiasticis doctoribus  
 cur Deus rogari vult? Dominus est: ita ipsi placet; & ni rogaveris, nihil obtinebis. Cur ita? bono tuo, vt nempè identidem accedes, cognoscas, & quidem eum vnum esse reru omnium

omnium auctorem, & maximè gratiæ ac salutis tuæ; utq; acceptis beneficijs illū diligas, & ab eo magis diligaris, illiq; gratias agas: cum enim ait, *Petite & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: satis insinuat, nisi petas te nihil accepturū. Nolite (ait Christus) murmurare in invicem, nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Quasi dicat; Nolite murmurare ob ea quæ dixi; sed potius Deum precamini, ut nos illuminet. Nemo enim potest credere in me, nisi quem pater traxerit. Dices non trahor. Respondet S. Augustinus. Si non traheris, ora ut traharis.*

Matt. 7. 7

Ioan. 6. 43

Tract. 26 in Ioan.

5. Quoties ergo necessitas ingruit, toties oportet ad orationem confugiamus, ne auxilio opportuno carentes, salutis nostræ iacturam faciamus. Necessitatum varij casus: atq; imprimis ea non minima, qua quis peccato lethali obstrictus iustificationem adipisci tenetur. Ait David. *Tu remisisti impietate peccati mei;* & addit. *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus: multò ergò magis peccator orare tenebitur.*

Orationis necessariae occasiones. 1.

Psal. 37. 5.

6. Alia necessitas, cum gravis tentatio ingruit non enim minùs iustus tenetur iustitiã cōservare, quàm impius acquirere: Ecclesiasticus certè ita nos hortatur. *Qui diligit Deū exorabit pro peccatis, & cōtinebit se ab illis. Oratione ergò vitatur peccatū. Hinc Christus Dominus, vigilate, ait Apostolis suis, & orate ut non intretis in tentationem*

2. Eccl. 3. 4

E 4 tionem

NVI  
416

tentationem.

7. Quid si non urgeat admodum tentatio  
Nihilominus tam variae, gravesq; labendi  
occasiones sunt, ut sine orationis praesidio ea  
nemo queat effugere. Arbitror (inquit Chry-

*Lib. de  
orando  
Deo*

ostomus) cunctis esse manifestum quod simpliciter impossibile sit absq; precationis praesidio cum virtute vivere, cumq; hac huius vitae cursum degerit.

8. Gravissima necessitas quaerendae salutis

est, cum mortis periculum imminet, quo tempore omnia tuta timenda sunt. Ideo Christus Dominus Apostolis suis saepe inculcat, ac severè monet; *Videte, vigilate, & orate, ne quis*

*Marc. 13* *civis enim quando tempus sit. Iterum alibi. Vigilate itaq; omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quae futura sunt, Ex quibus*

*Luc. 21.* *sequitur, eum qui naui se committit, vel periculosum iter aggreditur, vel domicilio contagione laborante, orationis, salutisq; praesidia negligit, seq; damnationis periculum exponit, gravissimo scelere sese obstringere. Eum quoq; cui copia Sacerdotis non est, ad exomologesim faciendam, teneri ad orationis asylum confugere; sicut & eum, quem vel celebrare divina, aut sumere necessitas urget.*

*33.* *9. Si quis in virtutis palaestra velit proficere*

*4.* *(quod Religiosi profitentur) necesse quoq; fieri debet sibi orationem reddat familiarem, alioquin infinitis naevis, ac defectibus scatebit, & verò nunquam virtutis robur, ac soliditatem*

*36.* *attingat.*

*Ad pro-*

*ficiendum est sibi orationem reddat familiarem, alio-*

*in virtu-*

*te.*

*verò nunquam virtutis robur, ac soliditatem*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

*attingat.*

attinget, Ideo nos hortatur B. Petrus. *Estote 1. Pet. prudentes, & vigilate in orationibus. Sicut oculus 4.7. corporis* (inquit S. Hilarius) *etiam plenissime sanus, Lib. de nisi candore lucis adiutus, non potest cernere: Sic natura etiam homo perfectissime iustificatus, nisi aeterna & gra. luce iustitiae divinitus adiuvetur, restè non potest vivere.* Hęc, Hilarius. At lux illa oratione impetratur vti virtutes omnes cum studiosè ijs acquirendis operã damus, simulq; à Deo ardentè, illas nobis infundat efflagitamus.

*Si quis indiget Sapientia* (inquit B. Iacobus) *Iac. 1.5. postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter & da- Lib. de bitur ei. Chryost. verò: qui fiat* (inquit) *vt quis orando virtutem exerceat nisi continenter supplex ad genua Deo. accidat ei, qui virtutem omnem largitur hominibus.*

10. Corporales quoq; necessitates, in hoc mi- 5. fero exilio multæ non desunt, ob quas ad di- In varijs viciã benignitatè conciliandã confugere de- afflictio- beamus. *Fili* (ait sapiens) *in tua infirmitate ne nibus despicias te ipsum, sed ora dominum, & ipse curabit Eccl. 38. te.* Quid mirum si desolationem patiamur ob 9. morbos, bonorum iacturam, damnaq; quæ quotidie incurrimus. Ad tabernaculum domini, ad patrem misericordiarum, in sinum matris, afflicti atq; inopes negligentes recurrere; ideoq; dolore contabescimus, in squa- 6. lore & ærumna miseram vitã trahimus; quã lætam duceremus, si orationis solatio vte- remur.

11. Gratos quoq; nos Deo, ac memores *Gratitu- esse diuis ergo*

E 5

esse diuis ergo

NVI

416

esse beneficiorum decet: saepeq; ingratitude  
fontem benignitatis divinæ arefaciens, pe-  
riculo nos desertionis exponit. Ideo Beatus  
1. Tesal. Paulus. *In omnibus (ait) gratias agite.* Pulchre  
5 17, regius psaltes. *Immola (inquit) Deo sacrifici-*  
Psal. 49. *cium laudis, & redde altissimo vota tua.* Et invoca-  
14. *me in die tribulationis, eruum te, & honorificabis*  
*me.*

7. 12. Deniq; etsi nullum vitæ in hoc mundo  
Oratio- salutisq; discrimen foret (quâvis innumera  
nis sum sint) nulla quoq; necessitas, aut præceptum,  
dignitas. nihilominus dignitas tam eminentis exer-  
citij ac colloquij, cum divina maiestate, instar  
urgentissimi præcepti nobis esse deberet, ut  
assidue hoc tanto bono frui, omni contentio-  
ne niteremur, cum nullo modo sine incre-  
dibili celestium donorum, ornamentorum,  
solationumq; ac meritorum iactura præter-  
mitti non possit. Hic profectò mihi verba  
desunt, tanta res est, cum summo illo numine  
ad colloquium admitti. Substituam mihi os  
illud aureum Chryostomum, qui de hoc  
Lib. 1. de argumento, eloquentiæ flumen fudisse me-  
orando rito dici potest. *Quisquis non orat Deum (inquit)*  
Deo. *nec divino colloquio cupit assidue frui, is mortuus est*  
*& vita carens, expersq; sana mentis.* Nam hoc  
ipsum est evidentissimum amentia argumentum, nò  
intelligere magnitudinem huius honoris, nec amare  
deprecandi studium, nec hoc habere persuasum quòd  
*anima mors sit, non provolui ad Dei genua. Quis*  
*insuper*

in super, quod oporteat quavis morte tristius existimare, si quis deprecatione privetur. Pulchre nos docet Daniel ille propheta magnus, qui maluerit emori quam triduo duntaxat arceri ab orando. Hæc Chrysostomus. Cuius testimonio quod addam non habeo.

Dan. 6

SECTIO SECVNDA.

De distractionibus, earumque origine & fontibus.

1. **Q**uæ de orationis dignitate, necessitate ac fructu diximus, sic vera explorataque sunt, ut nemo sine gravi errore (& ut vult Chrysostomus) dementia negare possit. Nihilominus multi hisce celestibus delicijs minimè assueti, laborem fugiunt: à suis commodis, rerumque caducarum amore invitati, avelli sese patientes. Cumque longissimum diei decursum nugis traducant, ijs absorpti, brevissimum earum tempus reputant: exile autem orationis spatium longissimum; cui, acceleratione molesti officij, quantum possunt nihilominus detrahunt, ut desiderijs explendis insani tribuant, de iactura tantarum opum parùm solliciti.

lib. 1. de orando Deo.

2. Accedit & aliud gravius incommodum: quod ij ipsi, etsi orare videantur, labiaque moveant, animus tamen non raro peregrinatur, ampliusque ibi sunt, ubi vel amant, vel sua eos occupat

occupat

NVI

416

occupat cogitatio; quā aut in orationis loco aut corā eo, cui se loqui arbitrētur; rati Deū sibi admodū astrictum, si brevi tempore vel quippiā diebus singulis, vel hebdomadis, forte etiam mensibus, aliquas preculas officitanter recitent.

3. An distractiones sint, & quid sint ignorat nonnulli: rogatiq; an orationis tempore vagentur animo, negant. Alij etsi id facile discernant; longa tamen assuetudine, atq; incuria, totum orationis tempus, alienis rebus cogitandis absument. Et quia difficile est mentem sistere, & palabundas cogitationes coercere, fracti rei difficultate, habenas laxant, & impetum super venientium cogitationum admittunt; nonnunquam aut natura defectu, aut vitio proprio, aut certē iusto Dei iudicio ac dispensatione. De tribus hisce fontibus sigillatim tractandum est.

*Tres fontes unde distractiones oriuntur.*

### SECTIO TERTIA.

*De distractionum fonte, qui à natura imbecillitate proficiscitur.*

1. **V**aria sunt hominum ingenia, naturæq; conditiones, temperamēta iuxta ac complexionēs: ex quibus vel ingenij, iudicijq; vivacitas emicat; vel morum venustas elucet: aut etiam stupiditas atq; in-

condita

conditi mores sese exerunt; atq; vt alijs membra, alijs sanitas & vires: ita alijs partiū illarum integritas, aut bonitas quæ ad magna hominem aptum constituat vt supremo cōditori visum fuerit tribuuntur aut negantur, & vt cuiq; fundo sua est cōditio propria: *hic segetes; illicq; veniunt felicius vna: ita & cuiq; sua est propensio, & industria.* Nonnulli poetæ; alij pictores; alij architecti nascuntur; alij studijs apti; alij negocijs tractandis; ad hæc alij ineptissimi. Quare mirum non est, si subinde queramus de difficultate meditandi, discurrendi, sistendi cogitationes, ne nos in fines orbis, orationis tempore deportent: si enim defectus in ipsa natura lateat, difficile erit hunc impetum fluctuum cogere ac concludere. Nature ergo hic aliquot infirmitates exprimendę sunt, & remedia admovenda.

1. Prima est quædam instabilitas mentis, & concurrentium rerum volubilitas, quæ cogitationem in varia, & maximè dissimilia abripit. Hæc præsupponit aliquid in cerebro circa imaginativā desiderari. Fit etiam subinde vt complexio incondita, timidum reddat hominem, turbetq; , vt minimis quibuscumq; vmbri occurrētibus percellatur. Melancholia quoq; , quę fex & sedimentum sanguinis est, tetras, perisæpe cogitationes, impuras, blasphemias generat, & scrupulos deterrimos, qui quietem omnem adimat, peccatorum

*Natura defectiva*

1<sup>o</sup>

2<sup>o</sup>

3<sup>o</sup>

*Melancholia in sanis*

NVI

416



catorum præteritorum memoriam afflicti  
refricēt, & muscarum instar recurrant, pur-  
gent, & velut impetiginis pruritus perpetuo  
mordicent. Quidam ad singula opera, ac co-  
gitationes, peccata se perpetrare comminif-  
cuntur, eaq; quasi admissa accusant; frega-  
re, antequam eis persuadeas dicendo, ut co-  
silio acquiescant, aut etiam sententiam mor-  
tent.

2. Alia infirmitas ex capitis prolixo dolore  
aut virium defectu nascitur. Quo tempore  
parum, vel nihil fieri potest; etsi non diffi-  
tear, quin aut raro fiat ut etiam maxime in-  
firmi, debiles, morbisq; depressi, optimo iu-  
dicio utantur, ac discursu: nec tam arceantur  
ab attentione ob defectum discursus, quam  
metu, ne vires necessarias labefactent.
3. Nonnullis constant vires, ac optima fru-  
untur valetudine, sed discursum nullum ha-  
bent, quicquid sibi proponant, nihil occurrat  
aliud, quam quod prius conceperunt; ariditate  
manent, & lateres lavare in oratione tem-  
pusve se perdere profitentur.
4. Contingit etiam subinde ut præter soli-  
tum, quis se planè ineptum inveniat, eiusq;  
indispositionis causam ignoret, ut quicquid  
attendet, præter ariditatem inveniat nihil aliud  
si vim adhibeat, caput lædat. Hæc quotidiana  
pauciq; sunt, qui non persæpe lamententur  
cum Apostolo, *Infelix ego homo, quis me liberabit*

abit de corpore mortis huius? Et corpus quod cor- Rom. 4  
rumpitur aggravat animam; & terrena inhabi- 14  
tatio deprimit sensum multa cogitantem. Alliga- Sa. 9. 15  
mur dum vivimus corpori infirmo, quo ani-  
ma velut instrumento utitur, & instrumēto  
irrationali, quod non flectitur ad nutum ar-  
tificis; idē patientia nobis opus est, donec  
absorbeat quod mortale est, & immor-  
talitatem induamus, nihilominus de reme-  
dijs cogitandum.

5. Non enim opinari debent qui hiscē infir-  
mitatibus laborant, se ab orationis exercitio  
eximi, quandoquidem dominus severē mā-  
det, semper orandum, & nunquam deficien-  
dum. Observandum ergo erit, an allata im-  
pedimenta perpetua sint: an verō tempo-  
ranea: hicne instabilitate, ac volubilitate ani-  
mi continua, quam arcere nequeat, laboret,  
an verō per intervalla tantū temporis: Ille  
dolore ne capitis assiduo torqueatur; Iste de-  
tineatur morbo absq; spe vlla recuperandæ  
valetudinis. Si enim incommoda hæc remit-  
tant sese, nec orationem internam, aut me-  
ditationem prapedian; fieri debet, quod  
fieri potest: Alioquin vt cibi alij sanis, alij  
infirmis conveniunt; sic exercitia, diverso  
modo affectis quadrare dignoscuntur. Fru-  
stra ergo hi mentem commentationibus di-  
vinis adijcerent; lugeant ipsi infirmitatem  
suam, humilient Deo animas suas; patienter  
sustineant

Remedia  
contra  
distractio-  
nes ortas  
ex natu-  
ra defec-  
tu.

NVI  
416

sustineant, & quod in hac virtute sibi desiderari, negariq; cernunt, aliarum virtutum exercitio compensare nitantur; magna in Deum caritate flagrent; qui per valetudinē possunt alijs lubenter obsequia sua deferunt; Humilitatis & obedientiæ amore atq; exercitio ceteris præstent; magno animo adversa ferant, eleemosynis aliorum miseriam sublevet. Haec enim omnia ab omnibus si facultates non desint, exerceri possunt.

6. Nemo deinde obtendere potest, se frequentibus orationibus iaculatorijs vti non posse: eas habeat ad manum; frequenter interna ducat suspiria, ad Deum anhelet. Hic caput non læditur; discursu enim longo non est opus; vires non debilitantur. Formulæ huiusmodi orationum dedimus in libro de studio perfectionis secundo.

7. Libelli precum hic opportuni esse possunt vti & tractatus spirituales, quibus animus inflammatur, & mens præclaris sententijs imbuatur. Et quamvis ob animi inconstantiam, ac debilitatem, pauca memoriæ insideant, ipse tamen homo interior gratia aspersus remanebit, cribro haud absimilis, quod est aquam, quam recepit, minimè retineat, huiusmodi tamen effuso liquore persistet. Affectus namq; ex gratiæ, piæq; doctrinæ humore collectus imbuet internum pectus, ac contractam ariditatem macerabit.

42

8. Nolim præterea horum nonnullos, omni  
 ex parte ab oratione mentali eximere. Eis  
 enim magno præsidio erit si lectionem quandam  
 instituât, vel scripturæ sacræ, vt psalmodum,  
 proverbiorum Salomonis, vel evangeliorum,  
 aut libelli alicuius pij, quorum textum oculis  
 assidue subijciant, & verbo tenus examinēt.  
 Exercitium hoc, partim lectio, partim me-  
 ditatio appellari potest. Exemplo res evadet  
 clarior. Assumo ruminandum psalmum Da-  
 vidis primum. *Beati immaculati in via, qui am-  
 bulant in lege Domini.* 1. Ferculum quod mihi  
 appono est verbum *Beati*. Et quare? An in  
 hoc seculo beatitudo reperiri possit? In quo?  
 Quomodo differat ab æterna? His pastus de-  
 litijs, venio ad secundum. *Immaculati*. Et  
 quæro, an beatitudo consistat in carètia ma-  
 cularum? Deinde quot genera eorum qui  
 maculis fœdantur? Quinam sine macula?  
 Cur immaculati *Beati*? Tertium est. *In via*.  
 Quid hæc via? Cur vita nostra via appelle-  
 tur? Cur lex divina, via vel semita? An quis  
 in via carere possit macula? An idem *beati*  
 dicantur qui immaculatè vivunt in via? 4.  
*Qui ambulant*. Quid iacere? Quid stare? Quid  
 moveri? Quid ambulare? Quibus pedibus  
 promoveamur. 5. *In lege*. Quæ ratio ambulandi  
 in lege Domini? Quid illa lex? An secura,  
 an benigna, an proprijs viribus explenda. 6.  
*Domini*. Quis hic Dominus? An id nominis  
 E mereatur,

Psal. 113

NVI

416

mereatur, & hominum obedientiam. Hoc exempli gratia allatum fit. Levat hæc ratio meditantem à labore magni discursus; ab inventione argumenti; materiam copiosam variâq; suppeditat, & non sine instructione novaque consolatione commentantem relinquit.

5. 9. Qui minis à scientia instructi sunt, poterunt imaginibus, quibus aut vita, ac virtutes Christi Domini, aut sanctissimæ eius matris aut sanctorum delineatæ sunt; & dum singula percurrent, vtilem meditationem instituent.

6. 10. Valent verò quâ maximè puncta quæ dâ suggesta, de Passione Redemptoris nostri, aut etiam iconibus expressa. Nescio enim quid bonus Dominus repêdere soleat ijs, qui in passionis eius, vel sola cogitatione occupantur.

7. 11. Non debent quoq; inutiles æstimari orationes vocales, quas à parentibus, vel à scholis, vel Ecclesiæ usu, aut libellis habemus, ac didicimus: quod enim à religiose mente proficiscitur, id Deo gratissimum; & sæpè propior est huiusmodi simplicium, & mansuetorum orationibus, quàm altissimorum speculationibus. Qui legere nesciunt recitent orationem dominicam. Hæc perfectissima oratio est: eam filius Dei æternæ Sapientia composuit & dicere iussit. Salutem

Angeli

Angelico more virginem Dei parentē. Deniq; quod pia mens eis suggerit, in conspectu Creatoris tui fundant humiliter. Internum eorum clamorem Deus exaudiet. Quare nō est quod queramus de difficultate orādi: et si enim benignè Dominus Deus indulgeat nostræ infirmitati; egrè tamen feret, si nihil attulerimus obsequij nostri, & cū innumeri Angelorum & hominum cæus, illum laudēt ac prædicēt; nos beneficijs cumulati, ei gratias non referamus; honorem debitum minimè deferamus; & ab eo qui opitulari potest, opem & gratiam petere negligamus.

SECTIO QUARTA.

*De fontibus distractionum, quæ ex hominum culpa promanāt, atq; imprimis de animi perturbationibus.*

1. **E**tsi animus hominis libertate præditus sit arbitrij, vt se quod voluerit inflectat: multa tamen sunt, quæ infirmam voluntatem inclinent in eam etiam partem, quam recta ratio auersatur: ipsaq; voluntas sæpè cedit iuri suo, & se regi permittit, inuita ratione, ab aliqua perturbatione, & affectu, etiamsi mens iudicet se & naturæ legē divinamq; prævaricari: huius rei ratio est quod affectus ac perturbationes in anima ipsa, atque aded in appetitu resideāt, & mag-

*Infirmi-  
tas huma-  
na vnde  
nascatur.  
Passionē  
vis*

F 2 NO

NVI  
416

1. gno pondere trahant in partes suas voluntatem, quæ non raro molesta sollicitatione, precibus, impulsuq; fatigata, manum victa porrigit: accedit quod ubi minimum illæ affectiones animi invaluerint, iudicium ac rationem perturbant, coguntq; de se, rationibusq; obiectis cogitare, falsa pro veris obtrudentes, donec in sententiam suam iudicium pertraxerint; ea ratio est, qua homo etiam invictus expugnatur. Quod si cõstans alioquin stabilisq; sit; quamdiu tamẽ huiusmodi perturbationes vigent, in nobis tyrannidem pati, multosq; susurros, ac suggestiones audire; ijdem turbari à solido virtutis studio, sanctis cogitationibus avocari, in partes varias, & à nobis ipsis avelli necesse est. Ea est vis affectus, seu perturbationis. Quæ cum subito omni pœnè hora dominatur, tum maxime orationis tempore, quo animus ceteras curas seponere solet, sævit, & velut in possessionem suam ingreditur. Hinc Beatus Gregorius. *Non prevalet mens turbata conspici quod vix tranquilla valet inhiare. Nec enim solus nubibus cernitur, nec imago in aqua turbata.*
2. Exemplo res evadet clarior. Ambitio ubi invaluit occupat in primis sedem imperii voluntatem, eamq; demulcet, & cum eam bona gratia facultatem imperandi mentis cogitationes ambitionis excipiat, procurat id si adipiscatur, rationis luminis tenebras

*Libri. 5.*

*mora. 6.*

33.

*Ambitionis perturbationis.*

fund

fundit, veritatis principia evertit; itaq; & animu & mentem inflamat, vt cogitationu recurrentium mole obruatur. Quis hic modus orandi? vbi solitudo mentis? vbi intentionis rectitudo? vbi presentis Numinis & timor, & amor? Et quo cogitationes he omnes? Sane in fumum abeunt. Nunquid (ait Ieremias) *regnabis; quoniam conferes te Cedro?* Multa de nobis imaginamur, cedro libani *Iere. 22.* nos conferentes. Quid denique sequitur? *15.*

*Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros libani, & transivi, & ecce non erat; quasiivi eu* *Psal. 36.*  
*& non est inventus locus eius.* *35.*

3. Quid de inordinato amore mulierum dicam? quanta insania? quibus furijs totus homo corripitur, atq; inardescit? Nec modo vesania hæc corpus, venas, sanguinem, aut medullas invadit, sed etiam arcem animi inflamat, labefactat, ac deiecit. Quis modus de Deo cogitandi? Que ratio torrentes ac flumina cogitationum sustendi? Optimè sapiens ac verissimè. *Quid, inquit, Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.* Porci sunt libidinis servi; consuetudo mulieris, aureum monile reputatur. Sed hoc vncio fucato configuntur insani, fœdiq; amatores, non tantum in rictu & affricu oris externi, sed maximè interni affectus, quo mulier fatua, eiusque recordatio quocumq; voluerit, vesipum pertrahit.

F 3

4. Irati

NVI

416

*Proverbia*  
*24.*



4. Irati hominis mens non longè aptior orationis munus est. Ideò nos hortatur Apollolus, *vt leuemus puras manus ad Deum sine disceptatione, & ira.* Ira namq; rationem evertit ac præcipitat; ingenerat odium; quòd & affectum, & memoriã occupat, eosq; nõ facillè deserit, quocumque perrexerint. Tollit etiam atq; obliterat suavem Dei recordationem omnia vindicta, ultione ac cædibus rigescunt sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: sic homo iracundus suscitatur rixas, ait sapiens, Carbones & ligna facillè ignem concipiunt, quæ ipsa devorat, ac consumit: sic & ira in affectu ac memoria remanens, quicquid virtutis & pietatis in animo residet, labefactat atq; comminuit.
5. Redeunt etiam in avaris cogitationes avaritiæ, & pungunt & cruentant animã. Quoties nummos suos computat orans? Quoties oculos volvit & revolvit? Quot de lucris discursus facit inanes? *Avarus non impletur pecunia,* teste Sapiente; *Et qui amat divitiarum fructum non capiet ex eis, & hoc ergò vanitas.* Luctum esset cetera persequi. Hæc exempla gratia allata sint.
6. Nec est quòd quis dicat, perturbationes has in viris perfectionis amantibus, quicquid ea progressus non penitendos fecerint, minime reperiri. Fateor fieri posse, vt plurimum huiusmodi habitus exuerint. Non desunt

5.  
Ira passio.

I. Timoth. 2.8.

3.  
Ira.

Proy. 26.

21.

4.  
Avaritia

Ecl. 5.9.

tamē & perfectis navi sui. Ii graviores has  
labes absterferint; remanenttamen subinde  
nonnulli affectus occulti, quos evellere diffi-  
cillimum est. Parvi putantur, quod in mo-  
dica materia, vt plurimum appareant; non  
tamen minus intensi sunt, quam qui in im-  
perfectis hominibus notantur circa graviorē  
materiā. Iudicij sui subinde sunt valde amā-  
tes. Alij velle debent, & laudare, quod volunt,  
& probant ipsi. Afficiuntur erga res parvas.  
Nepotes aut neptes impensissimē diligunt,  
aut etiam pias personas vtriusq; sexus. Si eos  
in tali materia vel attingas tātūm, si in aliquo  
reprehendas, videbis veterem hominē cum  
actibus suis in viris illis perfectis vigere; eos  
diutius recordari iniuriarum; admittere ac  
fovere cogitationes & muscas, quæ exter-  
minant suavitatem pretiosi vnguēti pietatis  
& conversationis cum Deo.

*benchorū  
passiones;*

7. De remedio, cogitandum nunc est. Et  
quidem illud primum, nec infimum medi-  
camentum, nosse morbum suum. Curatio-  
nis maiorem partem medicus attigit; qui  
morbi causam assequitur. Deinde necesse est  
vt is, qui malum suum cognoscit, & fatetur;  
curare, sanareq; velit. Stulti mortales malū  
quo graviter onerantur amant; & à se excu-  
tere, quod facile possent, si vellent, nolunt.  
Bis miseri quod miseriam ferant, & tamen  
carere nolint. Tertium remedium, in lo-

*Remedia  
contra  
passiones;*  
1.

F. 4 go ac

NVI  
416

2. go ac continuo studio destruendi atq; excle-  
dendi morbi consistit. Pertinax morbus est,  
& vt lapis durissimus vno ictu non rumpitur.  
In id quoq; incumbendum, ne facile pertur-  
bationes cum occasio aliqua nascitur, admit-  
tamus. Urgent illæ quidem admissionem, &  
audiri volunt; infinitas causas menti obtru-  
dunt: si vel in minimo eis aurem præbeas,  
intrabunt, & veluti in possessionem actæ, pa-  
cẽm & trāquillitatem animi pellent, & quod  
quid interni solatij ac spiritus divini est, do-  
pascentur.

*Principijs obsta serò medicina paratur,*

*Cum mala per longas invaluere moras.*

3. Huic morbo remedij adfert plurimum pi-  
tatis spiritusq; divini acquirendi studium, quo  
spiritu cum mens arida imbuitur, facile pe-  
stilentis spiritus putredo abstergitur: vt enim  
terra arida rivo irrigata fructifera redditur  
sic mens perturbationum spinis horrida fru-  
ctuq; carens, gratia divini spiritus aspersa,  
foecunda redditur, atq; hic rivus cælestis vit-  
orum spinas evellit, & virtutum plantis fru-  
cunditatem adfert.

4. Huc facit, vt antequam ad orationem acce-  
das, animi motus sedes, fluctus illos præteritos  
in malaciam convertas, & ne recurrant, pro-  
virili efficias. Aderit benignissimus Dominus  
conatibus tuis, cum viderit ex parte tua nihil  
laboris, curæ, & industriæ desiderari. Postre-  
mo

6:  
 inō memento, malum omne, quod homini potest accidere vel ab extrinseco nasci, vel à domestico hoste parari. Hæc pestis in pene- tralibus est, virus omne in te nascitur, & qui intus est hostis, tibi mortem comminif- citur & parat. Si quando illi ansam atq; oc- casionē præbes exterius; illā interiùs arripit illicò conspirat, aditumq; facit, & adver- sarium admittit. Denique, domesticum hostem extermina: occasiones fuge; & pacem & tranquillitatem in oratione invenies.

## SECTIO QUINTA.

*De negligentia secunda causa culpabili distractionis*

1. **D**istractions, ex negligentia sæpè pullulare, nemo sanè mentis facile negabit. Illa verò in omissione alicuius offi- cij quod adhiberi debet consistit. Hinc fa- mulum negligentem vocamus, qui quæ offi- cij sui sunt, vel prætermittit, vel perfunctoriè facit. Et nos servi inutiles ac negligentes di- cimus, cum ea, quæ ad orationis dignitatem spectant, quæq; usurpare deberemus, omit- timus. Hæc autem censeri possunt. Omissio gratiæ divini oblatæ, aut petendæ, aut com- parandæ. Sæpè enim Deus prævenit nos gratiâ sua, eamq; effluere permittimus. Di- cimus ergò tum negligentes, cum negligi- mus id officij, quo Dei favorem excipere,

*Negligẽ-  
tia in ora-  
tionibus.*

I.

F 5

aut

NVI

916

2. aut nobis conciliare deberemus, sine quo orationem debitè atq; attentè instituire non possumus. Item cum ad beneficia nobis præstita minùs attendimus, vt Deo grati, ac memores beneficiorum simus. Tum quoq; neglecti officij arguimur, cum ante orationè, dispositiones necessarias, de quibus ante copiosè egimus, minimè adhibemus: quæ petenda aut meditanda non prævidemus cum sine animi quiete, ac collectione ad orandum prosilimus distractionibus ansam, atq; aditum prolixè præbentes. Cum orationis tempore, nec sensus externos, nec motus internos, orientesq; cogitationes coercemus, aut præscindimus, cum exterius ea tractamus, facimus, atq; exercemus, quæ cum oratione nostra nullum habent commercium, quæq; alijs loco, & tempore fieri oporteret: cum Deum nobis præsentem non reddimus, de eo ante orationem minimè cogitantes, nec ei reverentiam exhibentes. Deniq; cum orationis laudumq; divinarum ministerium, perfunctoriè, & quasi civile aut mechanicum opus peragimus.

*Negligentiarum gradus.*

2. Negligentiarum verò aliæ leves, aliæ supinæ, quasi affectatæ. Hæ posteriores in materia præsertim obligatoria graviorè subinde culpam generant: vt qui in notabili officij sui parte distractiones quæreret, aut affectaret. Cæterum pro gradu suo, plus minusve à Deo puniuntur.

3. Hug

3. Huc referri debent distractiones, quæ ex infirmitate nascuntur. Res enim difficilis est *Roma. 8.* continere spiritum suum, & imaginationem *20.* palabundam cohibere. Sanctissimi quiq; ingemiscunt, & parturiunt vsq; modò. *Vani atq; enim & infirmitati huiusmodi, creatura subiecta est, non volens: non solum autem illa sed & Apostoli primitias spiritus habentes.* Et licet quando diligentiam adhibemus, quam possumus, à peccati labe immunes simus. Verùm quis ad hæc idoneus? Quis dicere potest, mundum est, cor meum; & quod facere debui, feci.

Remedia

4. Remedia sunt, magno imprimis animo statuere pro virili, eas & vitare, & non admittere, Sæpè enim defectus nostros, quos improbamus palpamus, & volentes retinemus, sine proposito eos deserendi, præsertim ubi nonnulla difficultas sese obijcit. Arduum sanè id est, perpetuò invigilare cogitationibus, mentem intra sese concludere; vagandi libertate se privare. Plurimùm sanè valet, cū in omni negotio molesto ac difficili; tum in attentione conservanda, firma ac constans animi resolutio. Alterum est nunquam desperare de acquirendo habitu attentè Deum precandi. Si enim adhibita contentione piissimi viri lubricam illam mentis volubilitatem adèdè difficulter coercent: quid erit si illi laxentur habenæ, ex desperatione tantæ molis superādæ? fac quod potes; tuis conatibus *aderit*

NVI

416

aderit bonus dominus, quos minimè securus dabit, si animum abijcias. In quo valde illi displicebis; vel quia sòcordiam foves, animiq; fortitudinem atq; constantiam deseris, vel quia de eius auxilio cù quo plurima eaq; magna potest efficere diffidis.

3. Pœnitentiæ subinde subeundæ sunt, si quando tepiditas surrepat; excitandi spiritus, aut pia lectio, aut examine particulari adhibito, sacramentorum vsu; consilio directoris: exigendæ pœnæ, si quando propositum transgressus fueris.

4. Initio orationis Deum precare, vt caco-dæmonis illusiones abigat, manu protectrice advenientes repellat, mentem roboret, atq; illustret cælesti luce, & animum delectatione perfundat, vt orationem cum voluptate, qua quasi vehiculo laborem & molestiam levat, perficias.

5. Quòd si contingat in decursu orationis animum aliò transferri; vbi animadvertis, brevi, Deo propitiato, illicò abruptas, partesq; in vnum coire facias, & perge alacriter vt poteris. Sensim enim disces, primùm, longiores moras non admittere. Tum faciliùs redire ad rem. Deniq; & rarò à te divelli & facillimè te tibi ipsi reddere.

6. In fine orationis observa, an occasionem vanis imaginibus dederis. Castiga negligentias quantumcumq; exiles: nam per-

tur;

turbationes ille velle censetur, qui causam & occasionem, vel admittit, vel cum potest non remouet. Vide etiam quibus auctoribus aut fontibus ea excitata fuerint, an a demone, an passione, an incentiuis carnis, an prava consuetudine; Item vtrum initio, medio, aut fine. Hac via est artem bene orandi ad discendi. Si res bene successit, gratus esto ei, qui tibi eam gratiam largitus est.

SECTIO SEXTA.

*De otio, tertia causa culpabili distractionum.*

1. **T** Ribus ex capitibus otium orationi *Otium* praesertim mentali officit, & turba- *orationis* tiones generat cum ex parte auxiliij caelestis: *repugna-* tum ex indispositione orantis: tum deniq; *ex re, ex tri-* natura otiositatis. *bus ca-*

Et quidem ex parte Dei, cuius est opem *pitibus* necessariam fundendae orationi praebere, quam *i.* si subtraxerit frustra de successu speramus. *Ex parte* Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse Dei. *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* Prob. 1. At spiritum hunc Dominus dare otiosis non *Rom. 8.* statuit, teste eodem Salvatore, qui ait, *qua d. 26.* magis Pater vester caelestis dabit spiritum bonum, *perentibus se.* Non ergo spiritus hic inertibus datur, sed obnixè a Deo perentibus.

2. Accedit potissimum eos Dei gratiam promereri qui puritati student, & peccatorum *27* vel etiam negos minimos refugiant. At otium vitiorum

NVI

416



**Ecc. 33.** vitiorum omnium mater atq; origo est, *multam enim malitiam docuit otiositas. Et iter pigrorum*  
**27.** *quasi sepes spinarum. Qui pedibus nudis ambulat, & se in spinas iniicit, seipsum eruentat.*  
**Prov. 15.** Otiosorum affectus, seu pedes nudi sunt virtutibus, quibus contra peccatorum spinas pungentes munimur. Quam igitur vita illorum punctationibus est obnoxia! Hi ergo non merentur divinam opem orationi necessariam, qui nec eam quaerunt, & oblatam negligunt, & abijciunt.

**2.** *Ex altero capite. Otium fons oranti*  
**Ex indis-** *quoq; est, omnis perturbationis. Animus*  
**positione** *enim neglectus, instar est agri inculti, ac*  
**erantis.** *deserti, cuius solum sterile, & carduis sentibusq; scatens, à quo sperare praeter spinas*

**1.** *& tribulos debes nihil. Per agrum, ait Sapiens,*  
**Prov. 24.** *hominis pigri transivi & vineam viri stulti, & ecce totum repleverant urtica, operuerant superficiem eius spinae, & maceria lapidum destructa erat. Quod in agro hominis pigri animadvertimus; hoc in animo eiusdem fieri spiritus sanctus asseverat: nempe & ineptum esse ad spirituales operationes fructumq; proferendum, & infinitis vitiorum impedimentis circumfluere.*

**Ezechie.** *5. Adde otiositatem in delectationes carnis*  
**36. 35.** *torpentem solere deducere; & qui virtutum epulis non capiuntur, ventris delicijs ac carnis voluptatibus oblectari. Ecce haec fuit iniquitas Sodoma sororis tuae, superbia, saturitas panis*

& abundantia, otium ipsius & filiarum eius ; & Lib. II.  
manum egeno & pauperi non porrigebat: & elevata de spiri-  
sunt & fecerunt abominationem coram me. Mens tu Acc-  
otiosa (ait Cassianus) nihil aliud cogitare novit, dia,  
quã de escis, & de ventre. Hęc fanè hominem ad  
orationem parùm reddunt idoneum. Venter  
plenus despumat in libidinem; piritum non  
inflammat, sed carnem & sanguinem ac-  
cendit.

5. His accedit, dæmoni ingressum patere in  
edes vacuas, & otiosas, & ipsum nõ tantũ ora-  
tionis, sed omni etiã tempore turbas, motusq;  
ciere, & quicquid potest mali, importare. Mo-  
niti sumus à Christo pulcherrima illa para-  
bola. Cum dormirent homines, venit inimicus homo  
& superseminavit zizania in medio tritici. Zizania  
sunt fœdæ cogitationes, desideria ambitionis,  
voluptatum illecebræ, quæ cum varijs occa-  
sionibus menti insinuantur, & ingeruntur;  
tum maxime orationis horis, muscarum im-  
pudentissimarum instar circum volitant,  
mordent, & aculeum infigunt.

6. Quod si naturam otiositatis considerare 3. Caput  
mus ( quod tertium erat caput ) inveniemus Ex natu-  
directè orationi oppositam esse. Est enim ra otiosi-  
oratio mentis animiq; vires suas exerentis tatis.  
actio atq; exercitatio. Otium verò, quies, &  
actionis omissio, seu cessatio ab opere, & ed  
maximè, cui instanter vacare oporteret. Qui  
orat, vires omnes intendit, sive naturales,  
sive

NVI  
416

Matt. 13  
25.

3. Caput  
Ex natu-  
ra otiosi-  
tatis.

sive supernaturales: sensusq; omnes animi  
admovet, vt Deo convenienter loquatur,  
Deum audiat, eius odorem percipiat, eius  
suavitatem degustet, ipsum complectatur,  
ipsum quantum natura permittit viatoris, vi-  
deat. Otium, hæc excludit vniversa; nihil  
agit, nihil contendit, quietem & oscitantiam  
affectat.

*Otium* 7. In duplici verò differentia cōcipi otium  
*an duplici* potest. Vt primū non connotet omnimo-  
*differen-* dam quietem, & cessationem ab omni actu,  
*tia.* sed tantū actus illos excludat, quos homo  
eo tempore exercere teneretur. Dicitur ser-  
1. vus otiosus qui totos dies nugatur, & Do-  
mini sui obsequia negligit. Ita etiam otiosū  
nominamus, qui etsi multa verset, tractetq;  
intempestivè animo, & corpore; prætermittit  
tamen importunè, quæ tractare intere-  
deberet, vt qui tempore sacri obligatorij ob-  
ambulat, aut mensæ accumbit.

2. 8. Aliter accipi potest otij nomen, vt otio-  
sus dicatur, qui nihil omnino facit & animo  
nil cogitat, nihil desiderat, nihil complecti-  
tur. Vtrumq; in oratione reprehensibile est,  
& aliena cogitare, & à pia cogitatione de-  
*Otium* sistere. Hoc otium à Sanctis patribus pernicio-  
*pernicio-* ciosum vocatur; eoq; laborant nō raro, qui  
*sum.* diutius, quàm vires ferant, orationem men-  
1. talem protrahunt. Ii deinde, qui ea meditari  
volunt, quæ captum eorum superant. Alio-

re ne quaesieris, monet Sapiens. Hoc sapè pa- *Ecc. 33*  
 tiuntur, qui sine materię subiectę preparati- *22.*  
 one, ad meditationem accedunt, quibus si  
 nihil occurrat, & in incertum vagentur, nulli  
 nisi sibi ascribant.

9. Illud quidem fatendum est: contempla-  
 tionis tempore, animam adedò inflammari  
 posse, vt in adepto fructu, ac solatio conqui-  
 escat sine labore, sine discursu. Non tamen  
 id fiet sine vllò actu: mens enim videt quid  
 obtinuerit, voluntas afficitur, & delectatur.  
 Quòd si homo post intimam illam cum Deo  
 communicationem ac coniunctionē agere,  
 cogitare, delectari, frui, ab omni deniq; ani-  
 mę actu cessare dicatur: dicendus est etiam  
 otiosus, & quidem otio pernicioso, quę stu-  
 piditas quędam est, & mentis inanitas: quia  
 impossibile est Deum amare, sine cogitatione  
 dirigente: Deum complecti, sine actu vo-  
 luntatis & amoris.

10. Nunc de remedio cogitandum, in  
 quantum saltem otium orationis est impedi-  
 mentum.

Primum quidem opere pretium videretur *Remedia*  
 studioso pietatis, vt omnes horas diei distri-  
 buat, ordinemq; illū seruet accuratè. Certa  
 hora surgat; orationi tēpus attribuat, lectioni,  
 studio, refectioni, corporis relaxationi,  
 labori manuum; denique quieti spatium  
 circumscribat. Ordinem hunc non facile

G immutes

NVI

416

immutet. Quòd si mutari contingat; id ferè  
per in melius, iustamq; ob causam. Hinc fa-  
cile quisq; perspiciet num tempus suum ve-  
liter transigat. Quòd si secus fieri animas  
verterit, corrigat.

II. Quæcumq; illi non incumbunt, vel e  
officio, vel ex caritate aut necessitate id cur-  
iactura temporis coniunctum esse existime  
& ad otium pertinere. Tales sunt visitationes  
frequentiore s amicorū, quæ tantum animi  
gratia instituuntur, & ad fallendum tempus.

Longiores item colloquutiones cum necessi-  
tarijs, aut consanguineis, alijsq; amicis o-  
meritò temporis fures nominari possunt.  
Huc pertinet somnus diuturnior, quàm otium  
aut necessitas requirat. Turpe est iuvenis  
ultra septem horas stertere; ac pretiosissimū  
aureumq; aurore appetētis tempus ad eò  
generi torpore proterere. Super omnia

caveas à consortio mulierum quantum  
eæ piæ sint, ac devotæ; raro eas visites: si  
adeāt, audi benignè quæ proponunt; respice  
de ac dimitte cum odore bonæ ædificationis.  
Hac ratione te suspicient & observabūt.

Eccli. 42.

14.

Mor esto dicti Sapisentis. *Melior est iniquitas  
viri quam mulier benefaciens; longè enim  
detrimenti puritati, pietatiq; tuæ, sua mor-  
tia ac colloquijs spiritualibus adferent, quàm  
illis ipsis spurci alicuius ganeonis scurrili  
ingerere poterit. Ne attendas fallacia*

*est: favius enim distillans labia meretricis, & Proverb.*  
*nitidius oleo guttur eius: & acuta quasi gladius bi-* 5.2.  
*ceps.* Quod Salomon de fatua muliere asse-  
 verat, timeri debet ab ijs, quæ aliàs & bonæ  
 habentur, & gratiosæ reputantur. Existima-  
 te operam perdidisse cum sine necessitate, vel  
 breve aliquod temporis spatium, cum iisdem  
 absumpseris. Etsi pietas sit, opportunè illis  
 opitulari; maioris pietatis est conscientia tua,  
 ac bonæ ædificationi consulere. Ad otium  
 inquam pertinere puta, quicquid sine evi-  
 denti necessitate in hisce colloquijs temporis  
 consumpseris.

12. Trahit sua quemq; voluptas. Ideò non  
 pauci trahentem sequuntur. Venatione ca-  
 piuntur alij, alij lusu vario: alij horologia  
 perpetuò fabricant, alij numismata. Si hæc  
 loco, tempore, ex officio tractètur, legitimè  
 fieri possunt; si tantum quia sua trahit quæq;  
 voluptas, non ex officio, nec ex instituto, vt si  
 à sacerdote vel religioso: omninò huiusmodi  
 orationi attentionem non adferunt, sed om-  
 nem pietatis contentionem, sensumq; in se  
 transferunt.

13. Postremò illud tantum addam Cassiani 5.  
 solidum salubreq; consilium; *experimento in-* Lib. 10.  
*quit probatum est, acedia impugnationem non de-* de instit.  
*clinando, sed resistendo superandam.* Forti enim *motu.*  
 animo, dum cum Deo colloqueris, torpor  
 excutiendus est: si enim locum ei dederis, te  
 tuamq; G 2

NVI

416

tuamq; orationem opprimet, & sine fructu  
tristis atque inanis ab ea recedes.

SECTIO SEPTIMA.

*De scurrilitate, quarta causa culpabili distractione*

- Scurrili-* 1. **O** Tio admodum affinis est scurrilitas  
*tas, &* & loquacitas; cui haud raro sese im-  
*alia lin-* miscet morum dissolutio, cachinnatio, inequ-  
*gua vitia* letitia, risus immodicus, & si quæ sint hum-  
modi, quæ linguæ immoderationem sequuntur.  
2. His quoque affines accedunt, detractio,  
*Detractio* imperus subitanei, mordacitas, irrisio-  
3. secretorum revelationes, quæ mentem pro-  
*Ex his* modum acriter lancinant, scrupulos & ac-  
*scrupuli* leos magnos subiiciunt, & infixos reli-  
*Oratione* quunt.  
*impediunt*  
1. 2. Gravia sunt hæc vitia, & plus quam al-  
mo concipi potest, orationem impediunt.  
Si enim otium, quod vel actus excludit,  
nullius momenti ludrica complectitur, in-  
tum animum ad consortium cum Deo in-  
undum reddit, eo quod nugæ huiusmodi  
recurrunt, & sanctarum cogitationum locum pro-  
piant: quâto magis scurriles sermones, ne di-  
turpiloquiū, verborum iactantia, atq; inaniter  
3. Accedit ut quæ ore pronuntiantur, ma-  
feriant phantasiam, & affectus naturales  
quæ inaniter, temereq; cogitantur.

4. Pijs quoque mentibus sat exploratum est, quantam molestiam adferat exiguus scrupulus, quamvis levioris alicuius culpæ, etiam imprudenter admisæ. Quid facient tã enormes defectus, cum oranti recurrent, & animum iustè ferient ac mordicabunt? Qua ratione quis eos excutiet? Quomodò feret aculeos? eorumq; deponet memoriam?

5. Huc facit sollicitudo ac cura, ne ea quæ cum iniuriã aut offensione alicuius, imprudenter aut iracundè dicta fuere, referantur: neve aversiones, rixas, dissentiones pariant; ne qui à superioris gratia excidant; aut promotionem suam impediant. Pœnitere quidem licet dicti aut facti, sed volat irrevocabile verbum index mentis & animi. Hinc sapiētissimè Ecclesiasticus. *Lingua imprudentis subverso est ipsius.*

34

NVI

416

Eccl. 34  
15.

6. Minuunt hæc quoq; Dei benevolentiam & impediunt, quò minus fluente gratiæ largiùs ipse oratibus infundat; sine quibus arida est oratio, & insipida.

4.

7. Sed de remedio agendum; atq; illud inprimis occurrit, odium nempè magnum concipere harum omnium ineptiarum, quas cum in alijs videmus, non modò displicent, sed etiam detestamur; nolumus enim irrideri; modestiam probamus, ac diligimus in alijs. Nolumus quicquam nobis detrahi, nec aliorum linguis proscindi. Cogitemus hæc

Remedia  
1.

6 3 quoq;



Quoque alij in nobis displicere; otiosos  
 Eccl. 19 & contemptibiles nos reddere. *Sagitta*  
 12. *ta infixa femori carnis* (ait Sapiens) *sicut ver-*  
*bum in ore stulti.* Sagittæ sunt verba impre-  
 dentium. Sæpè qui feriunt canes sunt, qui  
 & morderetè, & allatrare possunt. In femore  
 læsi dicuntur, ob honoris sui iacturam illa-  
 tamq; iniuriam, præsertim in nervo, sicut  
 puncto incontinentie.

8. Deinde erubescamus faciem omnipo-  
 tentis Dei, qui meritò, cum ad orandum ac-  
 cedimus, videns conscientias nostras his  
 maculis sædatis, exprobrare potest nobis  
 citius nostram scurrilitatem, & nos à se con-  
 fusos propellere.

### SECTIO OCTAVA.

*De nimij occupationibus, quinta causa culpabilium  
 distractionum.*

*Occupationum* 1. **F**vgientes otium, ex opposito non  
 detrimē- scylla: & sese occupationibus immergunt,  
 12. delectantur atq; involvuntur: & licet non  
 2 sine inquietudine & sanitatis, imò salutis de-  
 trimento; malunt tamen servi esse, ac ma-  
 epiã rerum & occupationum, quàm libe-  
 tate qua frui possunt, gaudere. Miseri mo-  
 tales, qui miseriam amant, & felicitati am-  
 ponunt. 2. *Occ*

Occupationum autem alia turpes aut pe- *Occupatio*  
 riculosa; alia temporales & corporales; alia *onū alia*  
 honesta & spirituales. Cum verò omnis oc- *turpes*  
 cupatio immoderata orantis quieti præiudi- *aut peris*  
 cat; tū turpis sanè prorsus evertit. Parum *culosos*  
 apti ad orandum iniusti negociatores, auariq; *1.*  
 & qui lusu lucrum quærunt, & poculis sese *2.*  
 ingurgitant. His satis vicini sunt ij qui vt la- *3.*  
 borem fugiant, militiæ & sceleribus adiunctis *4.*  
 dant nomina, animumque. Hos sequuntur  
 qui negotijs sese implicunt, quæ parum cum  
 orationis exercitio commecij habent. Nego-  
 tiatores enim etiam non iniusti, sæpè quæ  
 salutis sunt negligunt, raro verbum Dei au-  
 diunt, post graves lapsus difficulter resurgunt;  
 finis sui, & Creatoris sæpè sunt immemores.  
 Sunt & alij qui officia ac ministeria obeunt  
 in quibus sine peccato, vel suo, vel alieno ver-  
 sati haudquaquam possunt, quales caupones,  
 militum duces, palatini qui principum au-  
 ribus serviunt, & similes. De his Salomon.  
*Dua, inquit, species difficiles & periculosa mihi*  
*apparuerunt: Difficile exiit negotians à negli-* *Eccle. 28.*  
*gentia, & non iustificabitur caupo à peccatis labi-*  
*orum.* *28.*

Nulla, fides pietasq; viris, qui castra sequuntur,

Et exeat aula qui volet esse pius.

Arsenio Arcadij & Honorij Imperatorū pe-  
 dagogo, vox celo delapsa insonuit. *Arseni,*  
*aulam fuge si salvari vis.* Graves enim in hisce

G 4

Occurrunt

NVI

416

2. occurrunt occasiones perpetuè, quibus obfisti vix, & ne vix quidem sine peccato potest.

*Temporales.*  
*Harum aliqua*

1.

*Necessaria.*

2.

*Vtiles.*

3. Temporanearum occupationum alie necessariae, alie utiles, alie superfluae. Necessariae sunt, quibus vitam ac familiam sustentamus. Ex quoque quae nobis ex officio incumbunt, quaeque omitti non possunt sine violatione officij, necessariae reputantur.

4. Utiles sunt ambulationes, conversationes honestae, contractus, mercimonia, exercitium artium mechanicarum in bonum familiae aut reipublice adhibita moderatione. Vtraque tamen ad salutem nihil profunt; nisi cum virtute coniungantur, ut si ad Dei honorem, ad caritatem proximo impendenda ad finem alicuius virtutis supernaturalis referantur. S. Paula pauperum pedes lavabat, eis opitulabatur & maximè infirmis quo in genere Sanctorum quam plurimi sese exercuerunt.

3.

*Superflua*

1.

*Saculivium.*

*Luc. 14.*

*18.*

5. Superfluae sunt quae solum ad lucrum & splendorem vanum adhibentur, ut qui sumptuosa aedificia, hortos, fontes, vivaria infinitis sumptibus ad oblectationem tantum excitant. Haec omnia nihil promovent orationis negotium, obsunt vero quam maximè atque adeò periculosas esse huiusmodi occupationes Christi Domini excellens illa parabola declarat; vocati namque ad coenam regni

*caelestis*

caelestis, ceperunt simul omnes sese excu-  
sare; primus quidem quod villam emerit;  
alius quod iuga bouum emerit quinque: de-  
niq; tertius quod vxorem duxerit, & ideo nō  
possit venire. Ad hæc homines facile impel-  
luntur specie vtilitatis & commodorū. Vti-  
nam infinita exempla non suppeterent.

6. His accedunt occupationes, quas viri  
spirituales, & religiosi in curandis augendisq;  
rebus temporalibus ( quibus longè magis in-  
cumbunt, quàm Deo ) sibi vsurpare solent.  
Nihil præclarè actum quod eorum manibus,  
ac iudicio perfectum non sit. Fit quidem  
subinde, vt fides hominibus careant, quibus  
res credant. Si tamen onus partiri possint,  
expedit sanè curam suæ salutis ac perfecti-  
onis, temporalibus negotijs, ac opibus quæ  
pereunt, anteferre. *Quid enim prodest homini,*  
*si vniuersum mundum lucretur, anima verò sua de-*  
*trimentum patiatur? aut quam dabit homo com-*  
*mutationem pro anima sua? Corporalis exercita-*  
*tio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia*  
*utilis est.* Corvus ex arca emissus ad arcam  
non redijt: redijt columba virentis olivæ ra-  
mum in ore referens. Malè sibi contulunt,  
qui ex tabernaculo Domini, seu arca suæ cō-  
scientiæ egressi, per mundi huius ac negoti-  
orum fluctus effundunt sese, nunquā aut rarè  
ad tabernaculum Domini revertentes. Hi  
vimirum sæpè absorbentur ab aquis diluvij,

¶ Spiritumq;

NVI

116

2.  
Religiosè  
rum im-  
probatur  
Matth.  
16.26.  
I. Timo.  
4.8.  
Gen.8.7

Spiritumq; in primis, & fortè temporalia omnia amittunt, seroq; lamentantur miseriam, & calamitates, quas curam, & solitudinibus suis mercati sunt. Ad arcam sæpe regrediendum cum columba: & egressi pacem conscientiarum, ac animi tranquillitatem nobiscum ferre memores, extremis tantum pedibus aquas negotiaq; huius mundi attingamus; non mergamus animos nostros, nosq; magis amicis, proximisq; ac rebus gerendis commodemus, quam dedamus; mutuemus quã largiamur.

3. 7. Spiritualium occupationum alia ad ingenium tantum pertinent, alia ad pietatem: & hæc quidem vel moderatè suscipiuntur, vel immoderatè. Spirituales occupationes quæ à naturæ fontibus oriuntur, sunt quæ ab artibus profluunt; quales perspectiva, mathematica, arithmetica, philosophia, & multæ alia scientiæ speculativæ, quæ totam hominis mentem occupant. sibiq; vendicant. Hæc esse instrumentum quo spiritualia tractamus, excolant, atq; exerceant ad functiones internas clariùs eliciendas; pietati tamen vehementer obsunt, si sine modo usurpentur: nec hæc solæ, sed & studia rerum divinarum, quæ tantummodo ad scientiam acquirendam aluntur. Est enim intellectus prima animi nostri ianua, nihilq; in animum invehitur, quod non ab eo discutatur, qui si sibi cuncta retineat, nec ad arcam primariam hominis

*Spirituales quædam.*

1. *ad ingenium pertinentes.*

1. *ut scientia speculativa.*

2. *Etiam sacra subinde orationi obsunt.*

*Apta similitudo.*

*interu*

Interni, quæ voluntas est, quicquam transmit-  
tat, ieiunius animus remanebit, & egestate cõ-  
ficietur, vti in civitatibus fieri videimus, vbi à  
ianitoribus, res quæ importantur, retinentur.

8. Occupationes spirituales eæ censeri pos-  
sunt quæ ad salutem propriam ac proximi, aut  
certè ad Dei optimi gloriã spectant, etsi cor-  
poris vtamur ministerio; quales sunt eæ quæ *spiritua-*  
ex vi spiritus cõcepti promanãt, vt cõciona- *les occu-*  
ri, cõfessiones audire, ignorãtes erudire, pec- *pationes*  
catores ad meliõrẽ frugẽ reducere, atq; alia *ad salutẽ*  
opera misericordiæ, quæ spiritualia vocantur. *pertinen-*  
His nõ abfimiles sunt omnes virtutum func- *tes.*  
tiones, imò & rerum indifferentiũ, si modò  
ad finem supernaturalem referantur. A spi-  
ritu enim Dei hæc procedunt, à quo res spiri-  
tuales nomen meritò fortuantur.

9. Huiusmodi officia spiritualia & multò  
magis reliqua iam explicata, si immoderatè  
suscipiantur, orantis animum affligunt, sen- *Occupat-*  
sumq; pietatis atq; attentionis exsugunt. *iones*  
Accedit internum hominem ab instrumento, *immode-*  
corpore nempe infirmo, in functionibus suis *rata no-*  
dependere: quòd si corpus imbecille plũs *cent-*  
æquo fatigetur, & eius vires tanquam acies *1a*  
retundãtur, obtusiores fore eius operationes; *2o*  
& asinus tandem sub onere fatiscet, nec fa-  
cile erigi ac roborari, magno sanè spiritus  
detrimento poterit.

10. Inter alias verò immoderationis partes  
cura

NVI  
216

Philip. 4.

6.

I. Pet.

5. 7.

cura & sollicitudo nimia aut rerum temporalium, aut anxietas ea munia explendi, quæ à superioribus iniunguntur, in postremis non sunt reponendæ. Hinc Apostolus nihil, ait, solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione petitiones vestrae innotescant apud Deum. B. item Petrus nos monet omnem sollicitudinem proijcimus in eum, quoniam ipsi est cura de nobis. Pro virili ea quæ nobis incumbunt, si perficiamus, nihil à nobis exiget Dominus aliud: nec prudenter superiores exigere possunt. Expedit quoque nobis persuadere, nos esse servos inutiles, parùm ad magna idoneos, & in gazophilacium duo minuta tantùm posse reponere. Cetera si Deo committamus, bene, quieteque nobis eveniunt. Ita nobis suadet Rex Sæctus. *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te eruet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto.* Et hæc quidem de occupationibus eorumque remedijs dicta, sufficiant.

Psal. 54.

23.

## SECTIO NONA.

*De distractionibus tertij generis, quæ dispensatione divina proveniunt.*

**D**istractiones animi à nature defectu; quæ ex vitio nostro promanant. Tertia causa inuestiganda iam venit. Cum, enim

Dominus

Dominus ipse sit Deus, & det auxilia sua *permittit*  
 quibus placet; & rationibus suis eternis *ob causas*  
 xus quibusdam locupletissime largiatur;  
 quibusdam eadem subtrahat; cūq; sine eius  
 ope, nihil possumus boni, vel cogitare quide;  
 clarum est, si Dominus sese à nobis subducatur,  
 nobis cum psalmographo dicendum: *anima* *psal. 143*  
*mea sicut terra sine aqua tibi.* 6.

2. Constat verò benignissimum Deum, &  
 patrem nostrum, qui novit, quid cuiq; expe-  
 diat, iustissimis rationibus, solatia sua, ac de-  
 votionis sensū subinde subducere, teste Rege  
 sanctissimo. Ego dixi in abundantia mea, non *psal. 29*  
 movebor in aeternum: & adiungit. *Avertisti faciem* 8.  
*tuam à me & factus sum conturbatus.* Hoc pul- *De lucis*  
 cherrima similitudine Climacus declarat. 67.

Abcondit seipsam, inquit, infantis mater, quem  
 si viderit anxie inquirere, gaudio afficitur, sicq; illū  
 instruit adharere iugiter, affectumq; infanti alius  
 imprimit, eumq; ad se amandum ardentius in-  
 vitat.

3. Cause & cōiecturę aliquę adferendę sunt. *Iudicia*  
 Prima ad inscrutabile iudiciū Dei referenda *Dei*  
 est. Non enim cogitationes mea, cogitationes vestra, *Isaia 55*  
 neq; via vestra via mea, dicit Dominus: quoniam sicut 8.  
 exaltatur cali à terra; sic exaltata sunt via mea à *Rom II*  
 vijs vestris. Quis enim cognovit sensū Domini aut quis *34.*  
 consiliarius eius fuit? Ipse enim Dominus est, &  
 nemo ei dicere potest. Quare hec facis?  
 Scrutatur etiam ac novit corda hominum, &  
 quid

NVI

216



quid cuiq; conducat, quid mereatur perfectissimè cognoscit. Denique Rex Regum est nihil sine causis iustissimis agit, nititurq; eternis rationibus, quas qui scrutari nitatur opprimetur à gloria. Pię tamè mētis est, de Deo letire in bonitate, & cum omni reverentia de eius providentia iudicare, ac loqui. Quis carior vnigenito filio suo? tamen ijs temporibus, quibus summa consolatione, atq; auxilio indigebat, se derelictum profitetur, nempe cum in horto orationem facturus di-

**Mat. 26.** *cebat Apostolis suis: Tristis est anima mea usq; ad mortem. & in sacrificio cruento exclamat.*

**Mat. 27.** *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?*

**p. 46.** *filium dilectissimum, qui & nature conditione, & virtutis merito, solatia, auxiliaque de cælis sufficienda exposcebat, dereliquisse benignissimus pater dicatur; nec id fecisse vllò modo credi potest sine iustissimis rationibus: quid miramur, si subinde derelinquimur, & anima nostra arida & ieiuna remaneat. Solent tamen cause ipsæ, quæ cū res fiunt, incognitæ sunt; successu temporis sese explicare, ac manifestare. Atque in hoc sapientia Dei oculis mortalium elucet quàm maximè, & eos in admirationem, confidentiam ac amorem impellit,*

**2. 4.** *Altera causa, vnumquemque nostrum ob nostrum attingit, aut bonum vniuersi, quod ordinariè profectum privato anteponi necesse est: Nam & vari-*  
ctas

ras illa, quæ in providentia cernitur instruc-  
 tioni communi inseruit, & ex detrimento, ac  
 calamitatibus privatorum, damnum quod  
 publicæ rei imminere aut accidere potest,  
 metimur. Subtrahit ergò non rarò oranti-  
 bus solatia sua, vt de se, viribusq; suis quisq;  
 cognoscat, & iudicet pro veritate, & tantæ  
 maiestati elatos animos subijciat. Nimirum  
 superbi, elatiq; natura sumus, & nobis arro-  
 gamus, quæ à nobis non habemus, sed ab eo  
 qui dat omnibus affluenter: Et is nos vult esse *Iac. I.*  
 humiles, & cognoscere, quod hæc à nobis  
 non proveniant, sed à se, vt discamus ad eū  
 recurrere, & in animi submissione, ac gra- *I. Petri*  
 titudine permanere: Idèd Apostolus Petrus *5. 6.*  
 ita nos hortatur. *Humiliamini sub potenti manu*  
*Dei, vt nos exaltet in die visitationis sua.* Nempe  
 devotionis sensus thesaurus ingens est, furi-  
 bus illum Deus non committit. Fures sunt  
 superbi, qui gloriam Dei detrahunt, sibiq;  
 adscribunt. Humilibus vt pote fidentissimis  
 Deus thesaurum hunc facile credit; nec  
 enim quilibet sibi vsurpabunt, sed fidelis-  
 simè cum timore ac tremore depositum cus-  
 todient. Hinc verissimè dictum ab Apostolo.  
*Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* *I. Petri*  
 Humiliationis ergò ac submissionis causa, *5. 5.*  
 gratia nobis subducitur. *3.*  
 5. Tertia à Beato Bonaventura purgationis *Ad pur-*  
 dicitur. In duobus verò purgatio illa consistit, *gandum*  
*vt affectum*

NVI

416

1. vt desidia, ac neglectus Dei querendi absteri-  
 gatur; & in oratione otiositas, tepiditas, cur-  
 riositas, & similes defectus exterminentur.  
 Bonav. Quid mirum si filio, mater vbera non offerat  
 libr. de process. cum ille ad ea non aspiret? Si segniter & igna-  
 religio. viter papillas exugat? Deum sane invenies  
 pro. 7. c. si modo in toto corde exquisieris eum. Al-  
 21.

2. terum quod purgari debet, est ingratitude, qua  
 sapere laborat qui devotionis sensu afficitur  
 & auctorem beneficij non agnoscit: vt si filius  
 cibo se refici reputet, ei que soli refectioem  
 acceptam ferat; a patre vero nihil beneficij  
 accipere profiteatur. Idcirco panem hunc  
 celestem bonus pater subtrahit, vt filius cog-  
 noscat si panis sapidus sit, non a pane saporem,  
 sed a Patre caelesti immitti.

4. Erudi-  
 tionis  
 6. Quarta causa ad eruditionem pertinet.  
 Quidquid enim sit, multa nobis, meritisque  
 nostris ascribimus, difficileque est mentem  
 omni errore exuere, eaque opinione imbuere,  
 qua credamus ac fateamur soli Deo tribu-  
 endum, quicquid perfectionis, solatijque  
 spiritualis possidere nos cernimus. Hinc

Iac. I. 17 Apostolus Iacobus. *Omne datum optimum, &*  
 Ioan. 15. *omne donum perfectum desursum est, descendens*  
 Ioa. I. 3 *a Patre luminum. Et sine me, ait eterna Sapi-*  
 entia, *nihil potestis facere. Et sine eo factum est*  
 5 nihil.

Indiscre-  
 tionis.  
 7. Accedit alia ratio qua Deus castigat in-  
 discretionem nostram. Nonnulli enim plus  
 conantur

conantur quàm valeant. *Vitæ autē nostræ, Eph. 4. 7.*  
*data est gratia, secundum mensuram donationis*  
*Christi.* Cùm autem bonū aliquod opus exer-  
 temus, illud à duplici causâ procedit: à nobis  
 quidē apparēter; sed opus illud duas requirit  
 occultas quasdā primæ causæ cooperationes,  
 vnam naturalem, qua Deus generatim ( vt  
 auctor nature ) concurrat ad omnia opera,  
 quæ natura suis viribus exercere potest. Al-  
 teram supernaturalem in operibus virtutum.  
 Impossibile enim est, sine auxilio supernatu-  
 rali opus meritorium efficere: Auxilium  
 verò illud certo gradu, atq; intensiōne con-  
 stat: sicut in rebus naturalibus qui pollet vi-  
 ribus ad onus ferendum decem pōdo tantū,  
 ad conficiendum vna hora tres leucas, non  
 feret onus mille pondo, nec vna hora tre-  
 centas leucas decurrere poterit; Ita qui au-  
 xilij supernaturalis gradus habet decem tan-  
 tum, fallitur si elicere statuat actum intensū  
 gradibus 40. ; quia causæ secundæ vires, eò  
 non pertingunt, eiq; prima non responderet,  
 & succumbit natura, cui gratia equaliter non  
 opitulatur. Hinc fit vt quidam zelum ha-  
 bentes sine scientia, ieiunijs intempestivis  
 corpus enervent; intēdant ingenij nervos in  
 attentione procuranda; tandiu orationem  
 producant, donec spiritus vitales exhauriāt,  
 & inutiles maneant, nihilq; postmodum à  
 natura, quæ instrumentum operationum di-  
H
vitarum

NVI  
416

divinarum est obtineri possit. Expressere hi volunt vi devotionem magis, quam e caelis adiscere, atq; haurire. Luunt verò profectio temeritatis, atq; impudentiæ suæ pœnas, dum sine consilio, ac patrum spiritualium directione plus attentant conanturque, quam per vires corporis & animi, auxiliique spiritualis valeant.

6. 8. Sexta causa ex paterno Dei affectu procedit, qui nobis merendi occasionem præbent locupletem. Cum enim anima iam se derelictam agnoscit, celum pulsat, desideria ascendit, sese omnium mortalium infelicitatibus denuntiat; Dei maiestatem reueretur, spem excitat, & ad placandum Dominum, quem offensum credit, omni ratione se convertit. Ex quo sequitur, & augeri gratiam hoc insigni conatu, & coronam in celo parari nobiliorem, atq; auctiorem.

7. *Probatio-  
nis.* 9. Probat deniq; quos diligit amantissimus Dominus, & explorat an à nobis diligatur. *Sunt enim qui ad tempus credunt, & in temptationis recedunt.* Itaq; visitat nos & consolatur amicâ, blandaq; visitatione, & subtrahendo paternæ benevolentiæ. Quod si destitutos solatio hac gratia ac solatio, nihilominus constat nos invenit, & ad eius nutum paratos: tum dum probata virtute nostrâ, maioribus beneficijs afficit, & priores favores, novis beneficijs

13.

beneficij accumulat. Qui verò solatijs desituti animum abijciunt, non Deum, sed sese ipsos quævisse, testatum faciunt. Hi ergò consolationem merentur, qui probati fideles inventi sunt; & cum Beato Iobo dicunt. *Iob. 1. 21* Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: Sit nomen Domini benedictum. Hæc de distractionibus pauca sufficiant.

## TEXTVS QVINTVS.

*Et dabo tibi.*

*Dei promissiones esse conditionatas: Orationi esse iungendam mortificationem.*

**H** Actenus quæ textus verba præcesserunt conditionem continent, quam indicat sequens copula (*Et*) Dei namq; sensus is esse videtur, ut Moyses omninò in montem conscendat: si pareat; in eo, Deum statuisse, ei dare tabulas lapideas, & legem & præcepta quibus populum instruat. Voluit item Dominus Moysen, laborem ascensus suscipere, & nã faceret; ei ipsi minimè daturum legem, & præcepta tradenda populo. Hoc ipsum ergò *Promissiones verum esse, quod Concilium Tridentinum statuit, conditiones vite aternæ esse conditionatas, non absolutas.* Neque enim *conditio- nes verum esse, quod Concilium Tridentinum statuit, conditiones vite aternæ esse conditionatas, non absolutas.*

**H 2**

absolutè nates

NVI

116

- Matt. 19 absolute omnibus vita aeterna promittitur  
 18. sed legem Dei servantibus. *Si vis ad vitam*  
 Deut. 28 ingredi serva mandata. Maledictio vero in le-  
 15. gis divinae transgressores diversis scripturae  
 Lev. 26. locis fulminatur.
15. 2. Nec mirum, nam & promissiones rerum  
 temporalium conditionem adiunctam ha-  
 bent. eamq; Dominus sapissimè expressit  
 propterea (ait Dominus Deus Israel) *Loquens*  
 1. Reg. 2. *locutus sum, ut domus tua & domus patris tui* (nèp.  
 30. Eli sacerdotis) *ministraret in conspectu meo usq;*  
 Lev. 26. *in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus: abspice*  
 Deuter. *hoc à me: sed quicumq; glorificaverit me glorificabo*  
 28. *eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.*  
 Multa in hanc sententiam refert Moyses in  
 Levitico & Deuteronomio.
3. 3. Nemo censi poterat de populo Dei  
 Mediorū qui oblatas condiciones respueret. ait enim  
 ad salutē Dominus. *Si ergo audieritis vocem meam,*  
 1. *custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiis*  
 exod. 19. *de cunctis populis. Mea est enim omnis terra. Si*  
 5. *militer nemo ascribitur populo Christiano*  
 2. *qui cōditionem non observet à Christo Do-*  
 Marc. 16 *mino praescriptam. Qui crediderit & baptizatus*  
 v. 16.  *fuerit salvus erit; qui vero non crediderit, condemn-*  
 Ioan. 13 *nabitur. Item Dominus Petro. Si non laveris*  
 6. *te, non habebis partem mecum.*
3. 4. Quare ut finis ultimus, condiciones ad  
 nexus habet; ita & salutis praesidia absolute  
 non promittuntur, nisi ea praestantibus, quae  
 à legē

& legiflatore exiguntur. Lugentibus & pœ- *Matth. 5. 3*  
 nitentibus promittitur consolatio, & oblivio *Ezec. 18.*  
 præteritorum delictorū. *Beati qui lugent; quoniã 22.*  
*ipsi consolabuntur. Si autem impius egerit pœnitentiam* *Apoc. 21.*  
*vita viuet. Vincenti præmium promitti-* *7.*  
*tur. Qui vicerit, ait Dominus possidebit hæc, & Rom. 8.*  
*ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Si autem filij* *17.*  
*& heredes: heredes quidem Dei, cohæredes autem* *Ioannis*  
*Christi; si tamen compatimur, vt & conglorifice-* *8. 34.*  
*mur. Et, si vos manseritis in sermone meo, veri disci-*  
*puli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas li-*  
*berabit vos. Vbiq; conditio apponitur. Cum-*  
*que multis in rebus Dominus conditiones*  
*adijciat, tum maximè in obtinendis donis*  
*cælestibus, alijsq; ad hanc, futuramq; vitam*  
*opportunitis ac necessarijs. Si manseritis, ait,* *Ioan. 13.*  
*in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumq; 7.*  
*volueritis petetis, & fiet vobis; non fiet nisi pe-*  
*tatis. At etiam exigo, vt vos in me maneatis,*  
*& verba mea in vobis permaneant. Id est &*  
*caritatem Dei retineatis in vobis, & eius vo-*  
*luntatem præceptaque expleatis. Vis tentati-*  
*ones superare? tibi orandum est. Ita mādāt*  
*Dominus I E S V S Apostolis. Orate, vt non* *Matth.*  
*intretis in temptationem. In eandem sententiam 26. 41.*  
*Ecclesiasticus. Qui diligit Deum, exorabit pro*  
*peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione die-* *Ecc. 3. 4*  
*rum exaudietur. Quapropter si impius ad ius-*  
*titiam reverti cupit, necesse est vt oret; &*  
*submisse delictorum veniam petat; alioquin*

H 3

n 117

NVI

416



in impietate sua morietur. Petit iustitiam, ait Iacobus. Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, & dabitur ei; postulet autem in fide nihil hesitans. Nihil ergò sperandi est à Deo obtineri posse, sine orationis subsidio.

5. Hoc ipsum textus noster mysticus nobis proponit. *Ascende in montem.* Eleva cor tuum, oculos attolle ad cælum; in orationis monte contende, vim & conatum omnem adhibe, arduum hunc ascensum supera, teque illic assiste, & persiste: non enim statuit Dominus tibi quicquàm conferre extra montem; non in vallibus voluptatum salebrosis; non in terrestrium desideriorum colluvie; sed in monte, in quo beneplacitum est Deo habitare in cælis, & nisi illic fueris, orationis fructus percipere nullos.

6. Altera quoque conditio hic includitur in ascensu. Difficilis enim est, & molestus. Optime conveniunt, & in vna sede morantur oratio & mortificatio. Iunguntur enim pene hæ sorores duæ, quarum vna, læticia namq; ex orantis humeris excutit; & in ascensu debilem adiuvat; altera contenta vt ad montem perveniat, & læta, beneficium percipiat. Friget utraque, si altera cum læticia non dormiat. *Vnus orans, & vnus male*

*Eccl. 34. cens, cuius vocem exaudiet Deus? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterùm eadem faciens, quod*

proficit humiliando se, orationē illius quis exaudiet?  
 Isaias quoque. Cum extenderitis, ait, manus vestras, avertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam: manus enim vestrae sanguine plena sunt. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentijs vestris insumatis. Deest hic sororum altera, nimirum mortificatio, ideo oratio solitaria rejicitur, quae comitata exaudita fuisset. Beatus Ignatius additum fratrem orationi magni faciebat: pluris tamen osorem sui, strenuumque passionū suarum domitorem; sed qui vtrūque pietati nempe studium abnegationis sui ipsius copulasset, hunc demum virum esse censendum statuebat; à quo magna speranda, expectandaque merito posse viderentur. *Ascende ergo in montem, & esto ibi, & dabo tibi tabulas lapideas, & legem & praecepta, quae ego praecipio tibi, ut doceas eos.* Haecenus de particula (Et)

Maphera  
 lib. 3.  
 vita eius  
 c. 20

NVI  
 416

SECTIO SECVNDA.

Dabo tibi.

Oranti certa promittuntur.

**I**nvitat nos Dominus ad orandum. Res sane magna; non quam Deo tribuimus; sed beneficium ingens quod nobis impertit. Quid enim nobilius tantae maiestatis familiaritate

H 4 aritate

aritate? Quid utilius fructu ex ipsius cōversatione manante? Quid iucundius quam ad eum, accessum habere; in quo deliciae omnis generis cumulativè reperiuntur? Ergo vel semel tota vita ad colloquiū illud admitti pluris est, quam praeium totius mundi acquirere. Patet via; accessus nulli praclusus; & quoddam summum est, summus ille monarcha nos invitat ad beatum hunc congressum.

*Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Dicebat & parabolan ad illos: *quoniam oportet semper orare,*

29.

*Luc. 18.*

1.

*& non deficere.* Nec modò invitat, sed & condescendens infirmitatem ac socordiam nostram, mandat, imperat, urget ne fortè ab adversario opprimamur ac circumveniamur. *Oportet, inquit, semper orare, & non deficere.*

2. Verùm dicet aliquis. Certus non sum, an accepturus sim quippiam, si rogavero. *Id ipsum est quod modò nobis tractandum est de certitudine nempè praemij, deque fructu multiplici, quem orationis hortus amoenissimus producit. Atque imprimis certus est quòd qui promittit, non fallit: & quòd promittit, non subtrahet. Credis hoc? Oportet dubites, credis primæ veritati, quæ decipi, de-*

*Num. 23* *capere, mentiri, nec vult nec potest. Non*

19.

*Rom. 3.*

43

*Deus quasi homo ut mentiatur: nec ut filius hominis ut mutetur. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Juranti homini, fidem adhibet.*

Deo negabis? at iuramentum interponit, & cum per maiorem se iurare non possit, per *Ioan. 16* semetipsum iurat. Amen, Amen dico vobis; *Si 23.* quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. *Marc. 11* Propterea dico vobis, Omnia quaecumque oran- *24.* tes petitis, credite quia accipietis, & evenient vobis. Credis amico, cui tecum pactum intercedit; & tu Deo non credes? Certè Iudei promissa Dei susceperunt: & tu hoc pactum amplectere. Hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel, *Jeremia 31. 33.* post dies illos dicit Dominus: dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam ea; & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Sed à textu nostro non recedamus. Ascende in montem, & esto ibi. Quid facies domine? Dabo tibi. Promittit Dominus orantibus multa, & magna, & præclara. Itaq; constat nobis de certitudine promittentis: videamus benignitatem largientis.

## SECTIO TERTIA.

Dabo tibi.

De fructibus orationis, qui dispositioni orantis respondent.

**C**VM immensa sit Dei liberalitas in omnibus; tum etiam beneficijs, non tantum non merita nostra exæquat; sed & ubertate quadam largiendi, bene de se merentibus, fructus

H S iuxta

- iuxta ac immeritis, copiosissime dona sua profundit; ubi praesertim vel minimam dispositionem animadvertit. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus, ait Rex sanctus; preparatione cordis eorum audivit auris tua. Dixi confitebor adversum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Eritque, antequam clament, ego exaudiam. Adhuc illis loquentibus, ego audiam.* Ex quibus quadruplices fructus orationis nobis licet decerpere. Nemo qui ante orationem, in oratione, & fine orationis; atque aded qui in futuram vitam redundent. Fructus, qui orationem praecedit, ille est, quem sese disponentibus Dominus tribuit. *Venit Simeon iustus, & timoratus in spiritu in templum. Felix oratio ad quam spiritu deducimur. Ascendit Phariseus in templum, ut se laudaret, abiit inanis. Ascendit Publicanus, ut oraret, & re ipsa feliciter peroravit: deinde descendit hic iustificatus in domum suam ab illis.* Hic fructus ijs debetur, qui distractionum fontibus obsistunt, & sese ad orationem disponunt. *Dimidium facti, qui bene cepit, habet, & qui obstacula orationis removet, finem propemodum assecutus est orationis.*
- Orationis utilitas duplex*
1. Cum autem de fructibus orationis loquimur; sciendum est, duplici modo nos in oratione utilitatem posse percipere. Petimus enim a Deo quippiam (in eo quippe potissimum natura precatationis consistit) ut quod

petit panem, sanitatem, cordis compuncti-  
onem: si hæc obtineat, finem petitionis suæ  
adeptus est. Verùm nobis multa in oratione  
communicantur, quæ ex professo non expri-  
mimus; imò ne cogitamus quidem subinde;  
quales illustrationes mentis, cogitationes ge-  
nerosæ rerum suscipiendarum; singularis  
sensus devotionis; virtutum variarum con-  
currentium ad orationem incrementum:  
deniq; gratia, orationem nostram reverèter,  
attente, humiliter, efficaciter peragendi. Hæ  
gratiæ & multæ aliæ, sæpè orantibus accrescunt,  
atq; subveniunt præter effectum petitionis  
particularis rei, quam obtinere intendimus.  
Ex quibus conficitur, fructum, qui initio da-  
tur orationis, aut singulari Dei benevolentia  
provenire; aut certè dispositionibus præmit-  
tis respondere.

4. Alter fructus decursu orationis percipi-  
tur. Incalescit enim qui orat, & dum ad *In orati-*  
ignem divinum accedit, eiusdem calorem *onis de-*  
induit, & in ignem transformatur. Quis mul-  
*cursum*  
tiplices illic fructus numerabit? Si enim tota  
nostram perfectionem in virtutum usu atq; ex-  
ercitio ponimus; si fidei aut spei aut caritatis,  
vel unum actum ad cælos usque extollimus, ut-  
pote, cui æterna merces ac beatitudo tribu-  
etur. Quantas opes ac divitias ( addam &  
delicias ) percipiet is, qui cum Deo loquitur?  
quo in exercitio, virtutum omnium actus  
exercere

NVI

416

In oratione omnium vir-  
tutum exerciti-  
um requiri.  
exercere necesse est; fidei nempe quo super-  
premi illud numen orans agnoscat: spei  
quo audeat ab eo quippiam postulare, atque  
expectare: caritatis, quo eius benevolentiam  
sibi conciliet; timoris, ne ab eo desciscat;  
humilitatis, quo sese illi subijciat; gratitudi-  
nis quo se beneficiorum testetur memorem;  
fortitudinis, ut animum ad eius honorem tu-  
endum ac promovendum paratum ostendat;  
denique obedientiam, quo in omnibus volun-  
tatem suam divinam conformet. Hæc profectio  
magna sunt, & quæ in oratione percipiuntur  
admiranda, vel explicari non possunt, vel  
qui percipiunt humilitatis ac modestiam causas  
contingunt.

3. Tertius fructus in fine orationis emicat.  
In fine orationis.  
Ecc. 7.  
9.  
Non frustra namque; Sapiens: *Melior est finis ora-  
tionis quam initium*: sicut qui è mensa opi-  
para surgit longè melius habet, quam cum  
initio famelicus accumberet. Depulit enim  
famem & sitim; debilitatis, ac fatigationis  
molestiam remedium attulit, spiritus restaura-  
vit, lætitiãque animæ invexit: Sic & qui vir-  
liter apud Deum peroravit, læto convivio  
cum Deo epulatus est, ariditatem fugavit,  
debilitatas vires restituit, novas addidit. De-  
nique in fine orationis roboratus animus  
promptior est ad divinum obsequium, ad pa-  
rendum superioribus, ignoscendum proxi-  
mis, ad caritatem etiam inimicis, ac benevo-  
lentiam

lenciam præstandam ; fugienda peccandi pericula ; progressum in virtute faciendum ; adversa ad extremum spiritum vsque in via divini sustinenda. Omitto propositum diurnum vitij alicuius superandi, aut virtutis acquirendæ ; exercitia quædã interna, soli Deo hominiquè ; cognita, quibus tanquàm administrulis Christianus miles ad hostes vincendos, calumiquè ; expugnandum accingitur. Non benè oravit qui hæc non comparavit.

6. Addi potest, & quartus. Hæc enim quæ attulimus, hominem sic Deo gratum reddunt, magis ut cum idoneus evaserit divina clientela, ac protectione in futurum muniatur. Quò enim perfectior est, & gradibus amplioribus Deo propior accedit ; eò dignior est Dei amore, visitationibus, auxilijs excitantibus, adjuvantibus subsidijs, singulari custodia ; infinitisquè ; alijs cælestis patris favoribus. Hæc omnia oratio perficit : fierique potest, ut vno cum Deo congressu, precati plurima, Deus beneficia addicat, conferreque ; statuat : quæ etsi in præsentiarum oranti incognita sint, fructus tamen non diu post se prodit, vota que exaudita fuisse, tandem aliquando cognoscitur. Salomon vna precatione, & sapientiam adeptus maximam, & honores, opes, splendorem, gloriam, consecutus est, quæ ne sperare quidem potuisset. Anna & fecunditatem, & filium quem petebat obtinuit.

NVI

416



nuit; sed sapientem filium, sed prophetam, sed regis populi que directorem. Quid oratio Manasse valuit, sat patuit subsequens annis. Quod enim Dominus orantis humilitate permotus, supplicanti attribuit, id non revocat. Porro Triumphator Israel non parcat & penititudine non flectetur, *neque homo est ut agat penitentiam*. Atqui hi quatuor fructus non tam ad rem petitam, quam ad dispositionem orantis ac conatum pertinent.

## SECTIO QUARTA.

*De fructibus, orantis petitioni respondentibus.*

*Petenda* r. **P**rimum quod in oratione petere con-  
*in primis* venit, est Dei gratia, qua & cum di-  
*Dei gra-* ligimus, & omnia nostra opera pure, sancteque  
*via du-* peragimus. Est autem hac gratia in duplici  
*plex.* differentia. Vna *actualis* dicitur; *habitu-  
 r.* altera. Prior iustis & iniustis communis est;  
*Actualis.* posterior in solis Dei amicis invenitur. Gra-  
 tia *actualis* in mentis illustratione, motione  
 voluntatis, protectione à lapsu, & ne execu-  
 tio boni propositi quovis modo impediatur,  
 in auxilijs atque adminiculis ad perficiendum  
 opus conceptum, opportunis: denique in  
 cooperatione, perfectioneque operis suscepti  
 consistit. Huiusmodi gratijs peccatores vo-  
 cantur ad penitentiam, & sensum progredien-  
 tes

res iustitiam assequuntur. Datur hæc gratia subinde sine vllis meritis nostris, ne petentibus quidem, imò perperam agentibus. *Venit enim Christus Iesus in hunc mundum peccatores saluos facere, & non venit vocare iustos sed peccatores.* Datur & iustis vel gratis, vel petentibus, vel etiam pro ratione meritorum cuiusque.

1. *Timoth.*  
1. 15.  
*Matt. 9.*  
13.

2. Alia est gratia, quam *habitualem* vocant Doctores, hac carent impij. Propria est iustorum, qui caritate cum Deo copulantur. Huic coniunctæ sunt virtutes omnes, vt vera sit illa Sancti Regis testificatio. *Omnis gloria filie Regis ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus.* Filia Regis est anima iusti. Ornamenta ac decor huius interna sunt. Varietatem virtutum cingunt & ambiunt fimbria aureæ, seu excellens caritas, quæ virtutes omnes complectitur, vestit & conservat.

2.  
*Habitualis.*  
*Psal. 44.*  
14.

Omnes hæc gratiæ oratione impetrantur ab omnibus, qui Deo amicitia cupiunt copulari. 3. Orationis autem nomine, cuius magna vis est, multa concluduntur. Atq; inprimis eadem oratio, opus est pre-nobile in homine iusto, meritorium maioris gratiæ vitæque æternæ. Impetratorium instrumentum rerum omnium quâ nobis, quâ alijs opportunarum Pœnale quoque, atq; aded satisfactorium. Est & in viris perfectis subinde supererogatorium, quod in bonum commune Ecclesiæ, & ali-

*Orationis vis*  
*quadruplex.*  
1.  
2.  
3.  
4.

orum

NVI  
416

orum privatorum precantis applicatione derivari potest.

**fructus** 4. His suppositis quintus fructus orationis  
**quintus.** erit ut ipsa peccatorum à Deo remissionem  
**Peccatū** impetret. Nomine verò peccati tria intelli-  
**eria signi** genda veniunt. Culpa ac reatus : deinde po-  
**scat.** na peccatis remissis debita : denique pecca-  
 torum reliquæ, seu pravæ affectiones, &  
 propensiones ad malum. Trahit enim inve-  
 terata consuetudo peccandi, meritoque ser-  
 vilitate premitur, qui se peccati subiecit ty-  
 rannidi. Trahit & perversitas nature &  
 complexionis ; perturbationum seu passionum  
 impetus, alijq; animi morbi ; & ni praepe-  
 dantur, sternunt ac demergunt hominem in  
 interitum. His malis medetur oratio. Ita  
 nos docuit morbis nostris quotidianis Chri-  
 stus Dominus medelam quærere oratione  
 quotidiana, dicentes: *dimitte nobis debita nostra*

**Mat. 6.** De quo argumento eleganter Chrysostomus  
 22. Et si, ait, nos peccatis refertos precatio deprehendit

**Lib. 1. de** celeriter purgatos reddit. Quid itaque maius  
**orando** divinius obtingere possit quam deprecatio ? Cui  
**Deo** hanc, animis egrotantibus pharmacum quoddam esse

**Luc. 18.** liqueat. Quod enim animam peccatis obnoxiam  
 23. precatio facile puram reddat, docet nos publicanus

6. ille qui petijt à Deo remissionem peccatorum  
**Victoria** impetravit. Docet & leprosus, qui simul ut proci-  
**ventatio-** ad pedes Dei, mundatus est.

**Genm.** 5. Huc etiam spectant impugnationes, quæ

bitis ad peccatum nos demones pertrahunt. 6.  
 Arma & defensiva & offensiva egregia sunt, Victoria  
 ferventes preces. Ita auctore Christo Do- tentatio-  
 mino, iussi sumus precari : ne nos inducas in num.  
 tentationem; sed libera nos à malo. Si enim (vt Matth.  
 ait Chrysostomus ) nos demones conspexerint 6. 13  
 deprecatione communitos, illicò resiliunt; non aliter Lib. 1. de  
 quam pradones, ac facinorosi vbi conspiciunt militis orando  
 gladium in caput suum vibrari. Quòd si contingat Deo.  
 aliquem esse nudum precationis præsidio, hic avul-  
 sus deportatur à demonibus, & in calamitates, va-  
 riasque mala impellitur. Hæc Chrysostomus, &  
 verissimè. Defectu enim orationis in varia  
 vitia labimur; Deo ita permittente ad quem  
 confugere cùm possumus, negligimus. Qui  
 autem perpetuò vigilant, Dei que præsidium  
 experunt, certiores internè fiunt de periculis,  
 & tentationibus imminentibus; sicque ad-  
 versarium fugant antequàm accessum ad  
 eos habere possit, teste psalmographo. De-  
 disti meruentibus te significationem : vt fugiant  
 à facie arcus. Tentatio sagitta est volans, & Psal. 59.  
 quidem in tenebris, & ex insidijs, quam vt 6.  
 effugas alterum è duobus est vitandum; aut  
 enim subterfugere, ac divertere oportet te-  
 lum adveniens; aut certè munire te armis  
 probatis quæ retundere valeant aciem iaculi  
 pestiferi: & sicut ventus fumum quantum-  
 libet densum, solisque radios auferentem  
 dissipat: ita oratio, demones tenebrosos fu-  
 mos

I mos

NVI  
416

mos dispergit. Oratio enim spiritum sanctum  
impetrat, cuius vis ac fervor, omnes nebulas  
mentem involventes, exterminat.

7 6. Fructus septimus est, quod oratio, ut est  
*Meritum* opus virtutis supernaturalis, mereatur au-  
*gratia &* gmentum gratiæ, & gloriæ. Hoc nobis Do-  
*gloria.* minus promisit. Tu autem, ait, cum oraveris

*Mat. 6.* 6. *intra cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem*  
6. *tuum in abscondito, & pater tuus qui est in abscon-*  
*dito reddet tibi.* Quid reddet? Si iustus es, &  
devo e ores patrem tuum, accessio magna fiet  
gratiæ, quam in te habes; & quia gratiæ me-  
suræ, mensura gloriæ respondere debet in  
cælis, certè non perdes mercedem tuam.

8 7. Alius fructus est, quod & virtus ipsa ora-  
*Virtutū* tionis, & virtutes omnes quarum visus inter-  
*augmen-* currit, tēpore orationis, accrescunt. Nam  
*tum.* hoc meritum consistit, ut earum virtutum  
quas exercemus habitus augeantur, atque  
intendantur iuxta fervorem, quem quisque  
adhibuerit. Chrysostomus verò vult, nullum  
virtutum exercitio, ita augeri internos habi-  
tus, ut contentione precatōnis. Deo, inquit

*In Psal.* magna cura est ut in virtute crescamus. Nihil aliud  
7. *aque facit in virtute crescere, atque assidue cum*  
7. *Deo versari & colloqui, eiq; perpetuo gratias agere*  
*& psallere.*

9 8. Accedit alius fructus orationis, quæ quæ  
9 *vim cōtinet impetrandi. procurat omnia, quæ*  
9 *tū vitæ spirituali, tū corporali necessaria sunt.*

Qui enim dixit. *petite & dabitur vobis, nō me-* Luc. 11.  
*titur, dabit spiritum bonum petentibus se, : dat &* 3Reg. 17  
 panem quodiduanum, quem emendicare nos 4Reg. 20  
 iubet. Elias propheta trium annorum steri- Dan. 3.  
 litatem : pluviamque rursus & fertilitatem à Dan. 6.  
 Deo oratione obtinuit. Ezechias è morbo Ion. 2.  
 convalescit. Tres pueri in fornace illæsi Dei Luc. 18.  
 laudes prædicant. Daniel inter leones epu- 14  
 latur. Ionas è ventre ceti liberatur. Quid Luc. 23.  
 Publicanus evangelicus ? peccatorum impe- 43.  
 trat veniam. In cruce distentus latro, para- Acto. 7.  
 diso donatur. Mortuus denique Stephanus, in 41.  
 cælum suscipitur.

9. Oratio deinde impetrat gratias actuales *Gratia*  
 seu præveniētes, quales sunt mentis illustra- *actuales.*  
 tiones; cogitationes sanctæ : motus quibus *Mar. 9*  
 ad benè agendum impellimur, & ea auxilia 23.  
 quæ aliàs insufficientia tantum forent, reddit *Luc. 18.*  
 efficacia. Talis fuit eius qui dicebat : *Credo 41.*  
*Domine, adiuva incredulitatem meam.* Et cæcus  
 rogatus, quid sibi vellet fieri : *Domine, inquit,*  
*ut videam :* Impetravit & visum corporis &  
 mentis.

10 Impetrat & gratiam habitualem, quæ *11.*  
 singulare ornamentum est animæ ; vestis *Gratia*  
 qua filij Dei amiciuntur: pignus atque arrha *habitua-*  
 æternæ hereditatis : tessera qua iusti ab impijs *li & om-*  
 discernuntur. Impetrat & consequenter vir *nes viris*  
 tutes supernaturales omnes, quæ gratiam, ca- *tes*  
 ritatemque sequuntur. Maria Magdalena orās

12 ad

NVI  
416

*Luc. 7.* ad pedes Domini audire meruit, remittuntur  
 47. ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et vade  
 in pace. Acquisivit enim gratiam, & habitum  
 virtutum omnium, quibus reliquo vitæ tem-  
 pore viveret in pace. Porro ait Chrysolto-

*In psal. 7.* Vita piæ ac Dei cultu dignam miris modis  
 oratio conciliat; conciliatam auget, ac ceu the-  
 saurum animis nostris recondit.

12. *Remissio* 11. Impetrat remissionem pœnæ peccati  
 pœnæ pec debita. Vno enim subinde verbo rex pœ-  
 catis de- nam inflictam solet remittere, ac satisfacti-  
 bita. onem debitam condonare. Hoc perficit fer-  
 uens, & caritate plena oratio, de qua David  
*Cor,* ait, *contritum & humiliatum Deus non des-  
 picies.*

13. *Satisfac-* 12. Vim quoque habet satisfaciendi delicta  
 cit pro dique easdem pœnas, quæ vel in hoc, vel in  
 eadem. futuro sæculo sustinendæ, solvendæque forent.  
 Orationem namque afflictio, pœnaque co-  
 mitatur, plusque deprimat, non raro, atque  
 affligit vires corporis fervens, lacrymabilis  
 demissaque deprecatio, quàm graves  
 diuturnæ corporis afflictiones, quæ delenda  
 pœnis peccatorum suscipiuntur, vel à Deo  
 immittuntur.

14. *Tollit pec-* 13. Tollit & reliquias seu pravas animi  
 cationes, peccandi consuetudine contra-  
 catorum tas, ac prava naturæ propensione cogens  
 reliquias Memores simus præcepti illius à beato Iacob  
*Iac. 5. 14* promulgati. *Infirmatur quis in vobis, roget pro  
 byta*

hyteros Ecclesie, & orent super eum, & oratio fidei saluabit infirmum; & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Talis oratio fidei, delet peccata si adsint; si verò culpæ, poenitentiæ atque Eucharistiæ remedio sublatæ sint; poenæ peccatorum ac reliquiæ, precationis subsidio, absterguntur.

14. Orationis fructus, non solum oranti prodest, sed toti in vniversum Ecclesie, nec non & privatis personis, pro quibus oramus. Impetrat enim eis gratias actuales, seu prævenientes, quibus peccatores à morte peccati resurgant: iusti in virtutibus progressum faciant; ab impugnationibus demonum; à periculis lapsus; à discrimine vitæ; à morbis; omnibus denique malis animi ac corporis vindicentur. Satisfacit quoque pro poenis alienis Deo debitis, non modo in hoc mûdo, sed etiam in altera vita degentium. Quod sacrificijs à Iuda Machabæo procuratis factum legimus. *Sancta ergò & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis solvantur.* Monet etiam nos Apostolus; *Orate pro invicem vt sal-* *Iac. 5. 13*  
*remini* Cur ita? Quia salutem impediunt peccata, quæ iustitiam præcedunt; at ea oratione expugnantur ac tolluntur. Iustorum pericula ac lapsus minores salutis sunt impedimenta. Oratio iusti illa exterminat. Poenæ peccatorum ac perversæ inclinationes remoram ad perfectionem, & æternam vitam iniiciunt.

15.  
 Prodest  
 Ecclesie  
 et ijs pro  
 quibus.  
 oramus

NVI

416



inijciunt. Hunc obicem decurtat, atque abstergit oratio. Quapropter etsi textus nostratus promittat oranti subsidium cum ait, & dabo tibi nihilominus magna & proluxa Dei munificentia, non tantum sese intra promissos limites continet, sed supergreditur ulterius, nihilque filio petenti negare se posse demonstrat.

15. Nec singularis hic fructus pretermittendus videtur, quod orationis studio deditur dignitas in aula regum primaria censetur. Oratio enim humiliantis se nubes penetrabit, & non discedit donec altissimus aspiciat. Verum absentes a curia palatini, cubiculum regis intrare non possunt; possunt cubicularij summi regis. Audiamus B. Augustinum luculenter hoc argumentum tractantem. Clamavit (inquit) de profundo Jonas, de ventre ceti. Erat non solum sub fluctibus; verum etiam in visceribus bellue: tamen illud corpus, & illi fluctus inrecluserunt orationem ne perveniret ad Deum; & ventri bestie non potuit tenere vocem deprecantis. Penetravit omnia, dirupit omnia, pervenit ad aures Dei, quando aures Dei in ore precantis erant.

16. Omittenda non sunt voluptates ac delectationes spirituales, quas divinissimus congressus cum benignissimo patre conciliat exultationes & exaltationes Dei in gutture orantium & psallentium. Certè qui cum amico sapienter loquitur

loquitur, incredibilem animo capit voluptatem; non hauriet, qui cum Deo, Sapientiâ eternâ fermocinatur, psallit, & laudes divinas personat? Qui muscum tractat, odorem induit: qui Deum complectitur, atque intima conversatione ei coniungitur: nō induet eundem odorem, & voluptatem, qua beatos summa delectatione perfundit? Deniq; qui à rege libelli subscriptionem, quam optabat accepit, nonne magnam gaudij ansâ nactus est? In oratione subscribit Dominus petitioni nostrâ, & liberalius semper aliquid concedit, quàm aut petere aut desiderare possumus. Quare peripicuum est veram illâ esse promissionem Moyfi factam. *Dabo tibi.* Videndum modò: quid Deus daturus sit.

## TEXTVS SEXTVS,

*Tabulas lapideas.*

*Quæ & quales hæ tabulæ fuerint.*

**P**romittit Dominus Moyfi, si ad montem 18  
ascendat, tabulas non chartaceas, aut  
libellum continentem præcepta, instructi-  
ones aut imagines aliquas: sed lapideas ta- *Tabula*  
bular; nec etiam tabulas ex lapidibus hu- *duplices*  
*Lej*  
mana arte, eodem in monte aut rupe quadâ  
desumptas

14

desumptas

desumptas. Sed vel Dei omnipotentia creatas, vel Angelorum ministerio excisas, easque affabre & eleganter, vt decet tantum artificem, perpolitas; vt in ijs sculpi possent ea, quæ populo proponi Dominus mandabat. Et re ipsa constat sculpta in eis esse digito Dei, id est operatione divina, legem & mandata sed ne radi, delerique scriptum facile possent, lapideas esse voluit. Has post idololatriam populi, Moyses indignabundus abiecit, fregitque in partes: iussusque est novas e rupe excidere, in quibus rursus Dominus Deus insculpsit decem præcepta, quæ populo mandari voluit. hæc de sensu literali.

2.  
Exodi 32  
19,  
Exodi  
34.1.

### SECTIO SECVNDA.

19. Exponuntur alij fructus orationis, & quidem in  
fructus  
conscien-  
tia mū-  
dities. 1. *Inter alios & quidem præcipuos orationis fructus, hic postremus minimè numerandus est, nempe conscientia eaque sana, constans, & egregijs lucis divinæ radijs, scientiaque cælitus missa illustris. At de hac figillatim dicendum.*

Consci-  
entia ta-  
bula du-  
plici rati-  
one con-  
sideranda

1. Tabule itaque istæ conscientia est, quæ duplici ratione considerari potest; vel vt solis nature limitibus circumscribitur; vel vt ornamentis
- 2.

namentis gratiæ cælestis nobilitatur. Tabula  
 est perelegans, quocumque demum modo  
 operantem artificem consideres : si tamen  
 iniectam hominis malitiâ foeditatem exci-  
 pias. Nam opus præstantissimum, & ma-  
 ximè honorificum Deo fuit, tabulâ hanc ad  
 imaginē, & similitudinem suam condidisse,  
 in eaque faciem expressisse : aded vt sicut sū-  
 mus ille artifex vivit, reminiscitur, intelligit,  
 cognoscit, ratiocinatur, amat : Ita & homo  
 natura duce hac via se exerceat, discernatq;  
 inter bonum & malū : & haud secus quàm  
 summus legislator, lumine quodam divino,  
 quid rectum, quid pravum, quid fugiendum,  
 quid amplectendū, cognoscat & dijudicet. Id  
 est quod Rex David indicat cū ait : *signatū* *psal. 41*  
*est super nos lumen vultus tui Domine ; dedisti la-*  
*titiam in corde meo.* signatum insculptumque.  
 At vbi ? in tabulis cordis. Cor ergo tabulas  
 habet, Et illa est conscientia, quæ duplici *Conscie-*  
 constat munere : cognitione, & libertate ; *tia dno*  
 scientia & veritate ; lumine seu dictamine *munera,*  
 rationis, & propensione libera ad sequendū  
 quod iustum, rectumque ratio iudicat, & ma-  
 lum reprobandum. Hæc est tabula quam  
 Deus cōdidit ac creavit ; non parētes nostri,  
 qui nobis corpus dūtaxat, vitamque con-  
 tulerunt, tabulam sanè egregiè perpolitam,  
 & Dei effigie impressa exornatam. Salomon *1p. 8. 19*  
 dicit se mentem, animamque sortitum esse  
 I s bonam

NVI  
416

bonam. Tabula hæc est. Sed vt in numismate duo considerari possunt; ex vna parte est imago: in altera superscriptio; subinde in vtraque parte & imago est, & in circulo marginali simul superscriptio: idem in hac vsuvenit, nam & imaginem æterni parentis, & legem dictamenque adscriptum reperis, quod Regius psalter lumen vultus Dei nuncupat. Vultus imaginem exprimit, lumen verò rationem graphice designat. Quàm pulchra facta est ò anima mortalium! Ò magne artifex quàm sapiens es, & in sapientia cuncta creas ac disponis!

*Gen. 1. 2.* Verùm aliud addidit, non enim tantùm has tabulas fecit ad imaginem suam, *sed etiã ad imaginem & similitudinem suam*, Verùm vnde similitudo hæc petenda? Nempe ab eo, ad cuius similitudinem creata factaque omnia.

*Exod. 25. 40.* Exemplar, illud est quod nobis in monte monstratum est, vt nempe sicut ille filius summi patris; ita & nos in filios adoptemur: & sicut similis, idemque cum patre est per naturam: ita & nos similes ei sumus, vnumque per gratiam. Nos omnes de eius plenitudine accepimus, gratiam pro gratia. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Sane tabula nostra, etsi imaginem Dei habeat, naturaliter similis est legi Moyse, que nihil ad perfectum adducebat: & in eius pulchritudine non pauca desiderabantur; fuit tamẽ hæc

Iudas

Iudeis magna gratia beneficiumque. Huic legi gratiam aliam Dominus suffecit longè nobilorem; nempe, ut nos similes Filio redderet. Ut si quis imaginem artificiosissime sculptam possideat, rem quidem se præclarã nactum esse latari meritò potest: sed si aureis lineis, egregijsque coloribus illulsetur, magna ad eius pulchritudinem dignitatemque fiet accessio. Regia forma est animæ rationalis, quæ regis patrisque cælestis naturalem formam repræsentat. Ut si aureæ caritatis radij, si virtutum supernaturalium colores eximij accesserint, quàm formosa, quàm decora erit carissima amica sponsaque in Christi delicijs.

Cant. 7.  
6.

NVI  
416

3. Hanc pulchritudinem, hoc decus, ac formam plane divinam sceleribus tuis, peccatorum tuorum sordibus polluisti, atque inquinasti ingratisime homuncio. Quomodo splendorem pristinum, dignitatemque labefactatam, ei restitues? Hęc una ratio, viaque vnica, si eam aqua peropportuna ablueris. Dicit David pius Rex *Amplius lava me ab iniquitate mea & à peccato meo munda me*, Hoc petit à Deo: A Deo inquam, qui dilexit nos & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Ista prima est ablutio: sed & à nobis elui debent peccata nostra: & sine nobis non lavantur. Oratio lacrymas ciet, compunctionis est mater. Tabulam illam foedis infectam maculis

Psal. 50.  
4.  
Apo. 1.  
5.

- Matth.* 26.75. culis abstergit. Et egressus Petrus flevit amarè  
suisq; lacrymis restituit pristinum splendore  
conscientiæ suæ, & à Christo amari meruit,  
*Ios.* 21. pastorisq; vniversalis prerogativa honorari.  
17. Oratio igitur tabulas fœdatas reparat, & in-  
ductas à nobis maculas detergit.
20. 4. Damna quædam alia hæc tabula accepit,  
*Consci-* quæ sensim restitui debent: qualia sunt igno-  
*entia recti-* rantia, error, infirmitas, propensio ad ma-  
*tudo.* lum, incōstantia, & alij infiniti animæ morbi,  
qui non tolluntur nisi summo labore, lapsu-  
que temporis. Ex his prodeunt conscientia  
errantes, dubiæ, scrupulosæ, timidiore: quæ  
miras in animum turbas invehunt. Tabula  
sanè nondum dolatæ, politæ, levigatæ, indi-  
gent periti artificis manu. At magnus artifex  
Deus: congregare cum eo, vulnera tua ei  
*Psal.* 50. ostende; medicus est sanabit te. Dicei: Cor  
12 mundum crea in me Deus, & spiritum rectum in-  
*Matth.* nova in visceribus meis, Vocat omnes, qui la-  
21.29. borant. Ego, inquit, reficiam vos. Tabula ergo  
hæc, vt integra sit, has qualitates habere de-  
bet, quibus Iobus à Deo commendatur.
- Iob.* 1. 1. Quod vir esset simplex, rectus timens Deum, & re-  
*Consci-* cedens à malo, & permanēs in innocentia sua. Viri-  
*entia bonæ* appellacione, constantia exprimitur: vt cō-  
*ditiones* scientia non dubia, non scrupulosa, sed certa.
1. incōcussa maneat: sit simplex, non ingredi-
  2. ens vias duas, in vtramq; partem claudicans;
- Iob.* 1. aliud in corde: aliud foveat in ore: vir enim  
duplex

duplex animo incōstans est in omnibus vijs  
 suis. Recta quoque sit, non erratica & defi-  
 ciens à rectitudine rationis: tenebras fugiat,  
 quas amor sui, & perturbationum estus in-  
 vehunt. Deum timeat, quod alterum pon-  
 dus est rectitudini respondens. virtutibus  
 enim simillima sunt quædam vitia. Et quic-  
 quid egerimus extrema semper fugienda;  
 querendum tenendumque medium. Prima  
 conditio fortitudinem indicat. Secunda  
 simplicitas illam temperat, & æqua lance  
 appendit. Tertia est rectitudo quæ ne decli-  
 net ad dexteram vel sinistram, timore Dei  
 componitur. Quarta, ab omni malo consci-  
 entia bona debet abhorreere; immò & mi-  
 nima quæque detestari; quòd animam ma-  
 culent; quòd summo parenti displiceant;  
 quòd rectæ rationi adversentur, quòd no-  
 vorum de cælis beneficiorum influxum im-  
 pediant. Quinta est innocentia. fieri enim  
 potest vt malis immersi emergamus tandem  
 Dei beneficio, & ab eis prorsus liberemur.  
 Longè tamen maius est stolam primam re-  
 tinuisse, & in innocentia permansisse. Has  
 præclaras condiciones nō aliter melius, quā  
 orationis præsidio assequemur, quæ lumen  
 viresque sufficit, quibus hæc & cognosca-  
 mus, & complectamur.

SECTIO

1.  
2.  
3.  
4.  
5.

VVI  
416



Tabulas lapideas.

Alij quinque fructus orationis.

1. **V**oluit Dominus lapideas esse tabulas, in quibus legem descripsit, ne facie scriptura raderetur, aut ipsa subiecta scripturę materia corrumpereetur, quę tam pretiosum thesauru contineret. Tabula hec ut diximus est conscientia nostra, quę longioris durationis est quàm lapideę tabula. Nam & ipse fractę fuerit; novęq; excindenda, ac priorum loco reponenda fuerunt. Anima verò, quę est legis æternę tabula; omnino est incorruptibilis, atque immortalis. Accedit & legem immobiliter eidem infixam adhaerescere: & quantumcumque densis tenebris peccatorum ac perturbationum obvolvatur: lex tamē illa, divinitus naturę indita, evelli, extingui, funditusque deleri non potest. Denique constantiam à nobis Deus requirit ut non tantum animę essentia æterna, & immobilis sit: nec tantum lex ipsa indelebilis, sed & voluntas hominis cōstans, inconcussa, invicta, immobilis remaneat. Vitę suę constanti modis non parcat, non divitijs, non omnibusque quę mundus proponere, continere, largiri valeat. Ita sponsa in canticis. *Fortis ut mors pia laus dilectio: dura sicut infernus amulatio: lampada*

1.  
fructus  
Constantia in  
vo  
catione  
& propo  
sio.

Cant. 8.

6.7.

fortitudi

nis

constan-

tia

*et* lampades ignis atque flammarum. Aqua multa  
 non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina  
 obruent illam. Fortissima sunt mors, infernus, <sup>mortis</sup>  
 ignis & aquæ, fortiores morte tabulas has esse <sup>fortitudo</sup>  
 oportet, et si mors millies immineat. For- <sup>ac vis</sup>  
 tior animus contra scelerum pestes, vitiorûq;  
 monstra omnia, non cedat, pergat, & ad-  
 versa cuncta prosternat, vitamque exemplo  
 sanctorum lubens prostituat.

2. Infatiabilis est infernus & nunquam di- <sup>Infernus</sup>  
 cit satis est. Zelus quoque animi, in quo lex  
 divina conscripta est, incredibili ardore  
 succendatur, ut Dei gloriam promoveat. Et  
 nunquam, non dicam satisfacisse, sed nec  
 incepisse apud se reputet: dura patiatur, mol-  
 lia respuat, aspera pervadat, ut dicere possit,  
*Dura sicut infernus amulatio.* Quid? longe plu-  
 ra scelera patrantur, quam virtutum actus.  
 Plures dæmoni morem gerunt, eum vene-  
 rantur, obsequia deferunt, quam vero eter-  
 noque Numini: plures carnis blandimēta  
 sectantur, quam Christi Iesu vestigia: plu-  
 res eius mortificationem in corpore ferre  
 recusant. Omnes portis latè patentibus ruūt  
 præcipientes in mortem. Et ego non emula-  
 bor impium saltem eorum zelum atq; insa-  
 niam, ut virtutes amplectar? Deo me pro-  
 fus dedicem? *mortificationem Iesu Christi in*  
*corpore meo circumferam?* totus ruam in am-  
 plexus Domini mei, & *cælum vi rapiam?*

3. Integ

VVI  
416

**Ignis.** 3. Inter elemēta, ignis maximam habet vim ad agendum, omnia consumit & in se redigit. Dilectio fortior igne est, parata etiam proprio sanguine illi extingui. Et sanè ignis extingui potest; Caritas extingui deficereque nunquam potest. Caritas enim nunquam excidit. Vnde Beatus Paulus, *Quis nos separabit à caritate Christi? tribulatio, angustia, fames, nuditas? Certus sum quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque creatura alia poterit nos separare à caritate Dei.*

**Aqua.** 4. Aqua denique elementum insanum, invincibile, inexpugnabile est. Et tamen non flumen vnum, non maria vniversa, aquae denique multa non potuerunt extingui caritatem, nec flumina obruent illam. Hic ergò fructus est orationis, vt hominem constantiâ induat, qua stet & non facile à proposito benè vivendi studio resiliat.

5. Accedit multos esse, qui dono vocationis stabilē cū Deo amicitia voveāt: redeunt tamē animi quadam malitia postmodum ad ingeniū, quod arguit Sapiens, sicut canis, ait, *revertitur ad vomitum suum: sic imprudens, qui ignorat stultitiam suam.* quos lamentatur Ieremias, *Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas!* Beatus verò Petrus paterno affectu queritur, nonnullos retrò respicere, eosdēque peiores post sanctificationem evadere. *Si enim, inquit, re-*

20.

fugient

fugientes coinquinationem mundi, in cogitatione Domini nostri & Salvatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur; facta sunt eis posteriora peiora prioribus: melius enim erat illis, non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitam retrorsum converteri ab eo, quod illis est traditum, sancto mandato. Contingit enim eis illud proverbij, canis reversus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti. Miserrima hominum dementia, qui cum Deo ludere videntur; multa polliceri, nihil praestare, iam mundi, iam spurci apparere; cõpuncti nonnulli cõfitentur: paulò post ac si propositum bene vendi edidissent nullum, se in lutum peccatorum pertrahi patiuntur; vel quia occasiones non fugiunt, vel infirmitate aut mobilitate quadã ingenij effracti. Alij evadunt quodammodo insensibiles, nec pietatis iudicium praeserunt; tantum evadere nituntur conscientiae carnificinam mordicantem, sicque instar Sisyphi saxum volvunt, & revolvunt euntes, redeuntesque viam toties. Tam praclarum sanè donum constantiae, infelix miseraque relabentis conditio labefactat. Hanc inquam oratio conciliat, inducitque peccati odium, & confirmat caelesti robore cor hominis, ut Deam, virtutem, honestatemque diligat: vitium verò, dedecus, & omnem immunditiam aversetur, odio habeat, prorsus detestetur atque exterminet.

¶ Illud omnino non omittendum; primas

K

tabulas

tabulas traditas esse Moyfi labore, nullo magna sanè eius consolatione, luminisque celestis, & scientiæ cuiusdam divinæ infusione. At secundæ non ita; labore magno illi steterunt. Excidere, perpolire & Deo scribendis præceptis exhibere nullus est. Ita nobis vni venire solet, vt prima gratia nobis nulla nostra molestia ac labore gratuito detur, sola Deo benignitate: at si ingrati tantum beneficiū negligamus, vel parthā adornare desinamus, & quod grauius est proiciamus, difficilis prioris gratiæ conciliatio, beneficijque recuperatio redditur. Id in Principum amicitia ac benevolentia videmus, qui vbi sua benignitate nos abuti sibi persuaserint; animus idcirco à nobis alienarint, sine magnis precibus, officijque eos rursum demereri difficillimum est. Orationis munus est veniam deprecari, Dei misericordiam implorare, humilitate flectere, arctam amicitiam ferremque perditum redintegrare, beneficium ablata repetere ac recuperare. Denique eadem cere vt pluris apud Deum post culpam firmam quam odiosi, abiectique merito haberi poteramus.

27. 7. His addendum præclarum orationis munus fructusque vberimus. Vt nimirum frequenter tabulas culpa nostra læsas, aut obscuratas, renouemus ac restauremus. Non rardè scædantur maculis asperguntur; *kidum*

Adhuc ad scopulos tētionum, sic vt reparacione indigeant. Quā renovatio quo frequentius fiet, eò puriores stabunt tabulae nostrae. Et sane hoc officium renovationis omitti non debet: si in aliquo lesa obedientiae integritas, si charitas tractis turbata; si mores solutiores; si lingua effrenis, si oculi profani, si spiritus in res externas profusior: omnino renovandus est & fervor, animique collectio repetenda. Hoc praestabit oratio matutina, ac vespertina. Ab ea non recedes priusquam cum Deo transegeris, reconciliatus fueris novum spiritum hauseris, cum ipsum inquam, te esse cognoveris, qui eras, cum primum te Dei obsequio consecrasti. Hoc quidem opus, hic labor est. Sed memento te culpa tua a gratia & fervore excidisse, nec mereri reconciliationem, nisi ea praestes, quae fieri desiderat is, cuius benevolentiam contempnisti.

8. Cum autem lapideum animum in virtutis amante viroque constante desideramus: non ita accipiendum est, ut quisquam erga Dominum & eius inspirationes; vel in superiores suos (quos revereri, dicto audire, & benevole quaecumque mandat excipere debet) nec etiam in alios aequales, sese durum, pervicacem, contumacem possit exhibere. Durus is sit & fortis ad vicia expugnanda, ac propulsanda; sit in omnes Dei adversarios, qui legem honoremque eius impetunt atque

K 2

exagitant

VVI  
416

**Psal. 118** exagitāt inexorabilis. Ita Rex pijsſimus agebat. Iniquos inquit, odio habui & legem tuam dilexi. Iniquitatem odio habui & abominatus sum.

**Act. 9. 5.** legem autem tuam dilexi. Durum enim est contra stimulum calcitrare. Cæteroquin Deus à nobis erga sese, exigit cor carneum, flexibile, benignum, pium. De quo dici possit. Inveni virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Queritur Dominus de iudeis quòd cervicem habeant adamantinam & monitis eius ac beneficijs non flectantur. Et Beatus Stephanus, dura, inquit, cervicem

**Acto. 7.** incircumcisis cordibus, vos semper spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita & vos. Et Christus

**Matt. 23** Dominus. Quoties volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas & non

**N. 37** isti. Hanc dispositionem si nos habuerimus in oratione sequetur fructus ille quem Dominus exprimit, auferam à vobis cor lapideum

**Ezechi. 11. 20.** & dabo vobis cor carneum, & faciam ut in precibus meis ambuletis. Cor carneum opponitur lapidei

deo, perniciaci, duro, impœnitenti. Carneum verò, humanum quid designat, & affectum in Deum singularem: Cor nempe, quod amore affectuque feratur in obsequium divinæ maiestatis, ipsumque totis complectatur visceribus; qui singularis est fructus orationis.

**39.** **Tract. 46** 9. Requirit denique à nobis Dominus eandem dispositionem in oratione, ut ad eam accedat

damus cum omnimoda resignatione, & cor  
 nostrum instar mollis ceræ offeramus; ut de  
 eo disponere, illud tractare, subigere, com-  
 primere, extendere; in omnem partem ver-  
 sare; ad voluntatis suæ nutum fingere, vota  
 sua in nobis, omnibus in rebus explere, sine  
 vlla resistantia ac tergiversatione valeat.  
 Hac dispositio eum fructum adferet oranti,  
 ut cum Dominus vnicè perfectionem nostrā  
 desideret, si profusissimæ eius largitioni, obi-  
 cem non ponamus, sensui nostro plus æquo  
 adherentes, infinitis nos muneribus cumu-  
 laturus sit, & aucturus incrementa frugum iustitiæ  
 & resignationis nostræ.

Copia de  
norma.2. Cor. 7.  
39.

## TEXTVS SEPTIMVS.

*Legem & præcepta.**Alij quoq; fructus orationis.*

**I**N tabulis quas Moyses accepit, numerus  
 in primis notandus est. Duæ enim erant,  
 nec eæ rasæ omnino, & vacuæ traditæ sunt;  
 sed in ijs scripta erant quæ Dominus populo  
 proponi, mandariq; cupiebat. Nec dubium  
 est quin decem præcepta decalogi in ijs esset  
 insculpta. In priori quidem; illa, quæ divi-  
 num numen concernebant; In altera, quæ  
 mortales inter se, ad Deum disponebant. De

K 3

dis



dit ergò Dominus Moyſi duas tabulas: duo  
nempe ſunt præcepta charitatis; alterũ Deo,  
alterum proximi. *Diliges Dominum Deum tuũ  
ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & tota mente  
tua, & proximum ſicut teipſum.* Hęc generalia  
quodam modo cõtracta, in decem capita di-  
viduntur, præter hęc plurimas leges & præ-  
cepta totis libris Moyſis Dominus præſcrip-  
ſit, quæ partim naturalia, partim legalia par-  
tim denique ceremonialia, nominantur. De  
quibus in præſentiarum nihil erit dicendum

### SECTIO VNICA

*De alijs orationis fructibus.*

26. 1. **D**iximus animę noſtrę tabulas con-  
*Fructus* ſeruatione cum Deo reſtaurari. In  
*Amor* duobus. Maximè ea renovatio, compendit  
*Dei &* quodam conſiſtit, nempe in charitæ ſummi  
*proximi,* Dei, & eius intuitu, in proximi noſtri dilec-  
tione. *In his duobus mandatis vniverſa lex pendet*  
*Matt. 22. & propheta.* Inſigne ſanè munus, & emolu-  
*49.* mentum. Etſi enim hunc ſolum fructum  
arboris noſtrę tam ſublimis, ramis decer-  
pereimus; abundè nobis conſultum eſſe re-  
putare deberemus. Dilige Deum, dilige pro-  
ximum. Deo carus es, regnum cælorum tuum  
patet. Omnibus gratus es; habes omnia quecumq;  
faciant ad benè beatęque viventis

2. At sicut illæ tabulæ intra cordis tui latebras reconduntur; (recondantur enim verò, non vna solum sed duæ vt & Deum ex toto corde affectuque diligas, & ex eo fonte feraris in proximum, & vtrumque, Deum, hominemque in eo cordis intimi medio concludas. Hoc in oratione postula, hoc perfice, & operam tuam vtiliter impenderis ) Ita cognitio clarior legis divinæ hauritur quoque in illo divino orationis sacrario. Id nobis promittitur hoc textu, *Et dabo tibi legem & præcepta.* diximus legem naturalem inscriptam esse cordibus mortalium. Contingit tamen in multis eam obscurari, & quasi obducto velo circumtegi. Has tenebras velumque, congressus cum Deo dispellit ac removet.

In morte Christi Domini *velum templi scisum* est medium quia prophetiæ ac scripturæ, quæ Christi gloriam, dignitatemque prænuntiabant, dissectæ sunt; & lux veritatis, quæ subducta fuerat, affulsit, Hoc passione sua nobis promeruit Dominus, vt secum quotiescumque agemus, toties lux illa nobis accrescat, & ignorantia peccati que nebula sensim dissipentur ac concidant.

3. Verum notitia hæc censeretur tantum non debet speculativa, quasi que intellectum dumtaxat perficiat; verum que etiam inclinet ad operationem. Vt enim stella, quam viderunt Magi in oriente, non modo splendore

27.  
Fructus  
Legis di-  
vine cog-  
nitio  
clarior.

Luc. 23.  
45.

28.  
Fructus.  
Inclina-  
tio ac fa-  
cilitas be-  
gis divi-  
na ser-  
dore vando

K 4

dore vando

VVI  
416

dore suo delectabat respicientes, aut in admirationem pertrahebat; sed videbatur pro-  
 ritare intuentium animos, ad motum & pro-  
 fectionem, nimirum ad quarendum Regē  
 recens natum, quem ipsa denuntiare vide-  
 batur. Ita & legis huius cognitio, non tantū  
 vim intellectivam perficit; sed præter orna-  
 mentum, quod illi communicat, insinuat si-  
 mul, non quiescendū in illa cognitione; sed  
 suadet rem ipsam aggrediendam ac perfici-  
 endam esse. Quod hisce verbis Beatus Pau-  
 lus exprimit de gentilibus agens. *Cum enim  
 gentes qua legem non habent (nempe scriptam)  
 naturaliter ea, qua legi sunt, faciunt; eiusmodi legi  
 non habentes, ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus  
 legis scriptum in cordibus eorum: testimonium red-  
 dente illis conscientia ipsorum; & inter se invicem  
 cogitationum accusantium aut etiam defendentium,  
 in die cum iudicabit Deus occulta hominum.* Apo-  
 tolus non dicit legem solum scriptam in cor-  
 dibus nostris, sed & opus legis, id est inclinatio-  
 nem ad legem implendam: additque testi-  
 monium conscientie accusantis aut defen-  
 dentis, pro vt Deo legique internæ præcipi-  
 enti obediveris, vel neglexeris.

Rom. 2.  
 14.

29.  
 observa-  
 tio man-  
 datorum  
 Per.

4 Præter cognitionem illam practicam, ora-  
 tio multum promovet legis voluntatisque  
 divinæ executionem. Primum enim vim  
 impetrandæ à Deo gratiæ continet, qua vo-  
 luntatem eius exequamur. Etsi namq; non  
 omne

omnibus primò quoque tempore gratia effi-  
 cax aliquid impetrandi concedatur ; oratio  
 tamen illam impetrat, & obtinet, vti copi-  
 ose superius diximus. 2. Accedit ea sola peti  
 debere in oratione quæ salutis nostræ condu-  
 cunt; & illa ipsa orantibus à Christo promit-  
 tuntur. *si quid ait petieritis Patrem in nomine meo*  
*dabit vobis. Non petitur, ait Augustinus, in nomi-*  
*ne Salvatoris, quidquid petitur contra rationem sa-*  
*lutis.* At quid adeò salutare, atque divinorū  
 præceptorum observatio ? 3. Adde iudicio  
 divi Chrysostomi, nullius virtutis exercitio  
 amplius vires animæ ac gratiam habituales  
 augeri, quàm fervētis orationis usu, enim  
 verò, gratia hæc ac subsidia, magno auxilio  
 sunt observare volentibus legem divinam.  
 Huc facit, orantem egregijs luminibus illus-  
 trari, quibus non modò palpabilia vitia conf-  
 piciat; sed etiam pulvisculos ac maculas te-  
 nuissimas delictorum intuetur: simulque  
 se moveri, atque excitari sentit ad illos ab-  
 tergendos, atque eluendos; & dum in mini-  
 mis exterminandis operam collocat, gran-  
 diora scelera quæ odit propulsat, atque exter-  
 minat. 5. Denique per orationis usum inflā-  
 matur animus, ad sectandum, amplecten-  
 dumque perfectionis studium. At perfectio  
 christiana, destruit imprimis omnia, quæ vo-  
 luntati Dei repugnant. nititurque expulsis  
 vitijs divino beneplacito in omnibus acqui-

Ioan. 16  
 23.  
 Aug. trac  
 102  
 Ioan.

VVI  
 416

K 5 escero

escere: ergò efficit oratio, vt legem & præcepta Dei impleamus.

30. *Fructus observatio consiliorum.* 5. Eodem fundamento statui potest, vt non tantum legē & præcepta divina crasso modo exequamur. sed apices rerum, & consilia ipsa assequamur & excellenti modo, Deo vel exiguo signo monenti pareamus. Quo in genere excellunt boni religiosi, qui non contenti mandatorum Dei exacta observatione, omnes vires animi intendunt, vt superiorum scita legesque communes, ac privatas lubenter, integrè, religioseque obli-vent; facileque videre est differentiam inter eos qui orationi se addicunt, & eos qui exteriora sectantur: Hi namque in rebus varijs effusi parva magnaque delicta incauté transiliunt, vix damnum illud quod incurrun animadvertentes. Illi à minimis sibi cavent, nec parùm quidquam reputant, quo Dei amicitia minuitur, aut perfectionis cursus retardatur.

### TEXTVS OCTAVVS.

*Qua scripsi.*

*Alij orationis fructus.*

31. *Fructus Spiritus sancti di-* 7. **D**igito Dei lex ista scripta esse dicitur: quia & lex ipsa ex singulari Dei amore condita; eademque benevolentia in tabulas redacta & promulgata; atque immortali

mortali beneficio mentibus nostris insculpta. Metaphora est, dum digito Dei scriptam Moyses testatur, nec ineptè. Nam uti Deo Patri summa potentia; filio eius, sapientia; Spiritui S. amor adscribitur; ita Patri brachiū filio manus Spiritui S. digitus tribui, sine præiudicio honoris divini posse videtur. Cur brachiū Patri? quia ita scriptura, loquitur, & quidē in veteri testamento. Quo tempore Pater rexisse mundum videri potest. Redimam in brachio excelso. Et secundum magnitudinem brachij posside filios mortificatorum. In brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Hęc Patri ascribenda sunt ob potentiam, fortitudinem, & imperij antiquitatem: vix enim duę personę sequentes toto tempore legis nature & scriptę, notę fuerūt. Brachium Patris notum erat. Illud verò admodum longum est. Nescitis longas regibus esse manus? Manus longę dicuntur propter brachij longitudinem. E caelo percutit Dominus, etsi loco non moveatur, & in impios adhuc manus eius excreta. Vis, robur, virtus, ac fortitudo in brachio percipitur, quę omnia Patri apprimè conveniunt, qui Deus exercituum nominatur. Et qui ad adventum vsque filij, in manu potenti & brachio excelso gubernavit.

2. Manus optime filio quadrat: ei enim sapientię non est. At sapientię est, cuique Manus pro conditione sua adesse: sunt & manus toti Dei quid corpori significet

gitus &  
eius ope-  
rationes,  
Exod. 31  
36.

Brachiū  
Dei quid

Exod. 31  
36.

psal.  
78. II.

psal. 88.  
II.

Isa. 9. 12.

VVI

416

Psal. 17. 26. corpori, quaque versum opitulatur. Cum *filio*  
*sanctus eris, & cum perverso perverteris,* ait Rex  
 David. At cum iratus fueris misericordia recorda-  
 beris & miseris misericordiam præstabis. Itaque  
 manus optimè convenit Christo; quia unctus.  
 Manus autem ungeret affectam corporis par-  
 tem solet, & Christus Dominus læsos nos  
 unxit oleo misericordie suæ: ac semimor-  
 tuo oleum primò attulit, & deinde vinum. Ut  
 infirmos ungeret, sibi devinciat, & vino  
 lætificet ac confirmet. Manus dona continet,  
 clausa; aperta largitur. Visus est Christus ut  
 manu clausa dum vixit, quam in die Pente-  
 costes & deinceps explicavit. Ascendens in æ-  
 tum captivam duxit captivitatem: dedit dona ho-  
 minibus, nam de plenitudine manus eius nos omnes  
 accepimus. Denique quia manus omnibus  
 corporis partibus adest & opitulatur: Ita &  
 Christus Dominus sanat contritos corde, alligat  
 contritiones eorum: Iuxta est Dominus ihs qui tri-  
 bulato sunt corde, & humiles spiritu salvabit.  
 Psal. 33. 3. 19. 3. Digitus cum spiritu sancto similitudinè  
 habet; ideo dicitur dexteræ Dei digitus: Di-  
 gitus namque operationem ipsam continuant,  
 ihs scribimus, ihs scalpimus, ihs instrumenta  
 pulsamus, tractamus ac dirigimus; arma cor-  
 ripimus, hostem offendimus atque propule-  
 samus. Spiritus Sanctus legem in cordibus nos-  
 tris vel lapideis scalpit, vel mollibus inscribit  
 cor hominū regit, Regūq; in manibus tenet  
 voluntate

voluntates. Arma nobis suppeditat, quibus  
 hostes vincamus, sternamus, aut in iugam  
 vertamus. Ideo Christus dicebat. *Si in digito* Luc. 17.  
*Dei eicio demonia, profecto pervenit in vos regnum* Rom. 8.  
*Dei.* Oratione ergo hic digitus postulandus  
 est. *Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed*  
*ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenar-*  
*rabilibus.* Iplum digitum nobis asciscamus, vt  
 in cordibus nostris legem divina imprimat,  
 & modum orandi suggerat opportunum.  
 O quam suaviter in oratione digitus hic scal-  
 pit evellitque inveteratas prave consuetudi-  
 nis radices! quam amanter novas imprimit  
 virtutum platas preclarasque vivendi ratio-  
 nes suppeditat! O quales characteres, qua-  
 lia contilia suggerit! quos typos, virtutumque  
 singularum precepta exarat! Solet Magister  
 manu discipuli apprehensa, ac deducta pre-  
 ire, ac docere formandorum elementorum  
 species. hoc Dei digitus facit teste Regio  
 Propheta, *Tenuisti manum dexteram meam &*  
*in voluntate tua deduxisti me & cum gloria sus-*  
*cepisti me.* 24.

4. Tantum ei offeramus chartam albam  
 non oppletam pulveribus vanitatum: non  
 aspersam maculis criminum, non contacta  
 cogitationum pravarum nebula; sit alba, sit  
 munda, sit polita, que calamum scribentis non  
 exasperet, non repugnet. Scribet digitus Dei  
 in candidissima hac charta miranda: imagi-  
 nem

VVI  
 416



nem sanctitatis, præclara sanctorum facti-  
nora, & divinarum scripturarum sensus lu-  
mina, delicias amplissime congeret ac cu-  
mulabit.

## TEXTVS NONVS.

*Vt doceas eos.*

*Orationis non vulgari fructus, zelus animarum.*

<sup>32</sup>  
Fructus. 1. **D**igitus Dei est hic, opusque Sancti Spi-  
ritus, docere alios, & in novos ho-  
mines commutare. Post recuperatum Spiri-  
tū Sanctū David Rex vt Deo gratificaretur  
Exod. 8. & pro suo delicto satisfaceret *docebo*, inquit,  
19. *iniquos vias tuas & impij ad te convertentur.* Mu-  
Fsal. 50. nus excellentissimum quod multorum do-  
Lun. 1. norum præsentiam arguit. Laudatur Beatus  
35. Domini præcursor inter cetera his, S. Lucæ  
verbis, aut Angeli potius loquētis. *Erit magna  
carā Domino vinum & sicera non bibet, & Spiritus  
Sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue, &  
multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deū  
ipsorum: & ipse præcedet ante illum in spiritu &  
virtute Elie, vt convertat corda patrum in filios,  
& incredulos ad prudentiam iustorum, parare Do-  
mino plebem perfectam. Summa dignitas rudes  
docere, inimicos Dei amicos reddere, im-  
pium ad pietatem inflectere, & Creatori suo  
postliminē*

postliminio restituere. Fratres mei, ait Beatus Iac. 5. 19

Iacobus, si quis ex vobis erraverit à veritate, & converterit quis eum, scire debet quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore via sua, salvabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Ex quibus patet perfectos eos esse debere, qui id ministerij assumunt, repletos Spiritu Sancto, plenos caritate, mortuos sibi, mundoque, ac omnibus quæ mundus properantibus ad Deum obijcit: sicut enim perfectio atque ultimus gradus naturæ animalis; est producere sibi simile, filios procreare; Ita summa perfectio spiritualis hæc est, spirituales filios Christo Domino generare.

2. Tria verò huic muneri sunt necessaria; natura, ars, & gratia. Inepti sunt quidam natura, quibus vel ingenium, vt sunt hebetes: vel eruditio, vt ignavi; vel sermo, vt muti; vel sanitas, vt morbis obnoxij; vel vires, vt infirmi, desiderantur. Ars & exercitatio non parum conducunt. Sed gratia cæteris præstat. vt requiritur enim debita proportio inter instrumentum, & formam quæ introduci debet. Non enim stipite sulmus, sed acu penetrante: nec cauda vulpina ferrum tundimus, sed malleo: nec hasta scribimus, sed calamo, quia instrumenta illa inepta minusque ad effectum idonea apparent. Corda mortalium non penetrant, spiritibus obtusiores homines, spiritum

Tria ad docendū alios necessaria.

- 1. Natura
- 2. ars
- 3. Gratia

VVI  
416

spiritum non habentes: nec emolliunt; filii  
 tibus corda duriora viri molles, & effemina-  
 ti; nec elati, humilitatem Christianam in-  
 sinuant; sed instrumenta plena Spiritu Sædo  
 in quibus est Deus agens principale, cuius  
 est corda hominum immutare ac ignem &  
 flammam importare. Hinc Christus Do-

**Ioh. 20.** 33. minus instrumenta apta sibi præparans, Apô-  
 stolis ait, *accipite Spiritum Sanctum. Quorum*  
*remiseritis peccata remittuntur eis: sicut enim*

ratio conceptionis filij Dei naturalis, non  
 humana arte, sed divina virtute processit,  
 nempe *Spiritus Sanctus*, ait prænūtius Gabriel,

**Luc. 1.** 35. *superveniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi;*  
 ideoque & quod nascetur ex te *Sanctum vocabitur*

*filius Dei.* Ita & generatio eorum qui in Deo

filios adoptantur, non carne & sanguine, non

humana industria, sed virtute divina, qua si

vtatur vir religionis & pietatis laude præ-

cellens instrumentum sanè accommodum,

haud dubiè vtiliter & efficaciter docebit. Nō

obsunt humana præsidia, vt natura perele-

gans, eloquentia, ingenium & industria. Ve-

rūm si quis caritate, vir: utibusque destitu-

atur, meritò ei dici poterit factus es, *velut et*

*sonans aut cymbalum tinniens.*

**1. Cor.** 3. Atqui spiritus penetrans, inflammans

atque emolliens hominum animos; in con-

sortio & communicatione, in omniaque vicio-

**Isa. 52. 7.** ne cum Deo acquiritur. Nam & Moyses

tionem in castris, non in Aegypto, in aula Pharaoni, lucem illam, radios, ac cornua adeptus est, sed in monte, in colloquio cum Deo; Hæc enim ignita cornua arma sunt quibus Doctor Ecclesiæ Dei adversarios ventilare, sibi que subijcere debet. *Quam pulchri super montes pedes annuntiantis & predicantis pacem, annuntiantis bona, predicantis salutem. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis. Sagitta tua acuta; populi sub te cadent, in corda inimicorum Regis.* Pulchri sunt pedes & affectus prædicantium, qui purissimo fine & intentione muniti, antiquorum exemplis in arenam contra demones ad animas Dei subiugandas, contendunt. Hæc cornua, hæc sagittæ in conversatione cum Deo acquiruntur, atque inflammantur, sternunt permultos; quia acuta pleneque spiritu, quia corda petunt ac penetrant, quia multæ; tot inquam, quot quotidie desideria pullulant. Ex quibus efficitur trium rerum, quas necessarias esse ad iuvandas animas diximus, primam ac potissimam esse gratiam divinam virtutumque præsidia; quæ cum in oratione acquirantur, necesse est eos, qui convertendis, iuvandisque conscientijs dant operam, conatus suos omnes ac studium, in orationis subsidio collocare, ac reponere.

4. Illud quoque usui esse potest, ijs qui ex in-  
 fluxu salutem procurant aliorum, ut si quid  
 I Exem-  
 plum in-  
 utiliter vat ad se

Isa. 52 7.  
 Cant. 7.  
 Psal. 44.  
 6.

VVI  
 416

*lectem aliorum.* vtiliter atque efficaciter docere velint, illud imprimis in se inducere, imbueri, exprimere atque exercere conentur. Considerent verò impensissimè iudicentque an continuo studio, cura ac diligentia, sua omnia studia eo datâ operâ referant, vt nimirum zelum animarum in animis suis acquirant, intendant atque augeant; quo, habitu quodam acquisito, perpetuò flagrent & inopus illud ardetissimè feratur. Deinde rem quâ exponere ac suadere velint primùm ipsi animò præcipiant; vt appareat doctrinam illam, quam adferunt, non tam ex libris desumptam quàm experientia sensu, vsuque ac praxi comparatam esse exemplo Domini qui cepit primùm facere

*et. I. I. tum docere.*

### TEXTVS DECIMVS.

*Surrexerunt Moyses & Iosue minister eius.*

*Exod. 19*  
*24.* **A**Ntequàm Dominus Moyse legem traderet seu decalogum, severe omnibus interdictum voluit ne montem accederent; immodò ne quidem montis pedem attingerent; nec ab hac lege sacerdotes excepti sunt, præter Moysen & Aaron, vt patet ex *Exod. 19.* admisit tamen Dominus postea Nabal Abiud & septuaginta seniores, qui etiam surrexerunt Dominum, seu gloriam summæ illius

*Maichas*

Maiestatis, peculiariter quam ceteri; exodi 24. sed à lōgē; nō sicut Moyses qui in ipsam nebulam ad cacumen vsque montis, ad congressum nimirum cum Deo admittebatur.

## SECTIO PRIMA.

*Qui & qua ratione ad montis ascensum  
Deique congressum admittendi.*

2. **D**ocumenta hic non pauca studiosis orationis sese offerunt. Atque illud imprimis: non sine timore ac summa reverentia adhuc orationis montē, vbi supremus rerum conditor cum tota sua curia residet, accedendum. Quidam enim parum reverenter templa ingreditur, ad sancta vsque sanctorum penetrant; satis se pios existimantes, si clarissimū templi locum nacti fuerint. *Publicanus à longē stans volebat nec oculos ad calum levare; sed percutiebat pectus suum dicens Deus Luc. 18. propitius esto mihi peccatori.* Phariseus non à longē; sed aræ vicinus gloriabatur de meritis suis. Certè indignum est Christianum hominem haud rarò gravibus onustum sceleribus sive occultis, sive manifestis, cum audacia & rusticitate, ne dicam impietate (etsi illi ipsi se valde civiliter habere arbitrentur) in loca sacrosancta, præsencia divinæ maiestatis formidanda, irruere, caput tegere, fabu-

lari, circumspicere. hæc, coram principe qui  
faciunt, inciviles, rustici, stupidi audient  
Quid? *OR* percussus est, quod arcam Do-  
mini, bobus calcitrantibus vacillantem at-  
gisset, & quidem optimo fine nempe ut  
sustentaret. Arcam Dei major hic est, Deus  
enim est Dominus Iesus cui appropinquat  
non erubescis. Iubetur populus radices  
quidem montis non attingere. Et tu sine  
more, reverentia, consideratione statim  
fortè deterrimi, irruere in templa, inven-  
cundè, elato capite non erubescis?

2. Alterum est non omnibus sacerdotibus  
permitti, ut montem ascendant & tremen-  
da mysteria pertractent: ij solum qui Moyse  
& Aaron probitatem & sanctimoniam im-  
tantur. Non ijs qui se indignos tam tremen-  
dum ministerio tractando reddiderunt. de quibus  
Ezechiel. *Sacerdotes eius contempserunt*  
*legem, & polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum*  
*& prophanum non habuerunt distantiam, & in*  
*pollutum & immundum non intellexerunt. factum*  
*est sanè huic generi hominum, qui ebrietate*  
*& impudicitie impudentissime dediti, sancta*  
*sancta mysteria committere aut permittere*  
*Cùm Dominus dicat. Nolite sanctum dare*  
*vobis. Benè profectò Propheta dixit, honestè*  
*sanctum & prophanum non habere dis-*  
*tantiam. Nam & ipsi sancti non sunt, &*  
*prophanè vivunt, & prophanè sacramenta*  
*pertractant.*

Ezech.  
22.26.

pertractant. Altaria, calices, mantilia, candelabra longè immundiora sunt, quàm quæ eorum mentè solent esse vsui. Omnia munda, lucida, integra, minimè exesa domu habere cupiunt: & si quid horù desit, oculatissimi sunt; immunditiem, fæctorem, sordes in altari nec vident nec percipiunt. Quid ergo mirum, si Dominus sacerdotes Moyse, non quolibet, sed sanctitate conspicuos adiungi velit? Et clament, *foris canes, & venesici, & imudici & homicide, & idolis seruietes, & omnis qui amat* Apoc 22. *& facit mendacium. Et mundi estote, qui seruis* 15. *visa Domini.* Hi ergò primùm severitatem iudiciorum Dei apprehendant, à pede montis ad tempus recedant. Tempus erit quo invitabuntur cum Aarone & alijs sacerdotibus cum resipuerint, & pœnas à se delictorum neglectique officij exegerint.

3. Videtur deinde Dominus in hac sacerdotum aggregatione cum Aarone delectari oratione comuni, quæ à pluribus celebratur. Ita vt mutua pietate excitentur; invent se mutuò, vt alio deficiente, alter officio substituat; edificent deinde plebem gravi & composito cantu. Et qui audiunt, Deum laudent, & ad pietatem inflammentur. Quæ de re quia superius diximus pluribus, superse-  
debo.

VVI  
446



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



*Qui in orandi studio preire, qui subsequi debeant.*

Exod. 24

13.

**V** Erum ad textum nostrum veniamus. Surrexerunt inquam, Moyses & Iosue minister eius. Audito namque mandato nunc cunctatus Moyses pergit ad montem. Ad ipsum namque iussio ac mandatum dirigebatur. Videns autem Iosue minister Moyli Dominum suum surgentem seu adornantem habitum, stetit & ipse in pedes, eumque decebat secutus est.

*Mandata  
cur ad su-  
periores  
destinen-  
tur.*

2. Illud inprimis observatione dignum est solere principes, mandata sua ad ipsos duces ac praesides populi dirigere; tum ut ipsi praesunt ea primi observent; tum populo vanda denuncient. Ita Dominus egit cum Moysse. Praesidium haec sunt privilegia, ut curas gerant; primi, quae praecipunt faciant molestias sustineant eorum, qui repugnant & ferant onus dici & aestus. Quare Praesides illos errare censendum est, qui curas seponunt. mandata liberaliter cumulant & promulgant, rigideque servati mandant, & non servare recitent: hos Christus graviter reprehendit. Alligant enim, inquit, onera gravia & importabilia & imponunt ea humeris hominum digito autem suo nolunt ea movere. Non ita Moyses qui parere velle sese semper ostendit.

Matth.

23.4.

immò & famulo ceterisque præire.

Mādara  
duplicia

1.

2.

3. Mendatorum verò quædam optabilia; quædam onerosa. Optabilia sunt mensæ accumbere, frui privilegio tardius quiescendi ac surgendi, invisere amicos, nobilium frui amicitia ac consortio. Multi talibus mandatis optant onerari, eisque levia apparent. Etsi probatis religiosis intolerabilia sint. Onerosa verò sunt carere commoditatibus quibusdam. Qualia sunt; surgere nocturnis horis ad officium divinum decantandum; cellam custodire, includi domo religiosa. Hæc & odiosa & onerosa ijs, qui disciplinam non amant. Moyses statim surrexit, etsi tota nocte immò per quadraginta dies excubare; noctes totidem insomnes ducere; cibo nullo refici, tanto hoc tempore deberet; immò nō reputasset ipse privilegium sibi deferri si quis eum ab ascensu montis atque adeò à tam longa oratione & ieiunio eximere voluisset. Cur ita? quia summum reputabat beneficiū, carere hisce vitæ commodis; fruique intereā tanto bono, tamque eximio consortio, nimirum divinæ maiestatis, Cuius boni comparatione, nulla in mundo vel commoda sūt; aut si inveniuntur; ea omnia simul cōgesta, despicienda, ut vel ad breve tempus, divina conversatione potiamur. Ex quibus conficitur minimè sibi consulere, qui privilegia conquirunt, de ijs sibi applaudunt, & gratulantur

L 3

lantur

VVI  
416

lantur, malentes esse in mensa inter epulas  
carnales, in lecto molliori stercientes, quam  
in delicijs spiritualibus conversari.

*Superio-  
riū esse a-  
lios exē-  
plo prai-  
re.  
Eccl. 32.  
1.*

4. Hinc etiam discimus optime iudicare su-  
periores, qui primi, in omnibus bene geren-  
dis esse ac comparere volunt. *Rectorem te-  
suerunt, esto in illis, sicut vnus ex illis*; Primus  
qui mane surgat, vltimus qui vesperi decum-  
bat. Primus in templo, novissimus in sacra-  
larium epulo. Primus in mensa communi,  
vltimus in ciborū singularitate & apparatu.

facilius cum minimo suorum, quam secum  
permittat dispensari; sic fiet, vt alij ducem  
facile sequantur. Surgente namque Moyse  
statim & Iosue minister eius a surrexit.

5. Conueniens etiam est vt superiores, (&  
vtinam omnes, qui bene audire cupiunt hoc  
Moyse exemplum sequerentur!) socium ha-  
beant; qui partim in necessitate eis minister  
partim in omnibus, actionum suarum telus  
esse possit. Obnoxij enim sunt calumnijs, nec  
debet eos, suspicandi sinistrè de se, occasio-  
nem præbere. Præsertim si cum mulieribus  
orandum, agendum, sacramenta admittenda  
trada; si quid tractandū, aut referendū quod  
circumspectio indigeat. Longè citius in  
suspicionē vocantur superiores quam alij, qui  
superiores habent, & verètur in eorū incidere  
reprehensiones. Bonus & fidelis testis eos non  
raro liberat, & à calumnia; & subinde liberat

ester  
tand  
sit au  
alter  
in fu  
pos  
& qu  
foliu  
ra ve  
& te  
oper  
gefe  
vilita  
mus  
biscu  
mice  
perit  
eo. P  
exist  
nisi  
male  
6. I  
non  
olus  
labor  
tare;  
toli  
erun  
lire n  
excu

ta

zatem adimit à rectitudine vacillandi cespitandiq; aut foede in crimē aliquod prolabedi. sit autem testis ille & probus, & fide dignus, alter Iosue omniq; exceptione maior, qui in suspicionem dissimulationis venire non possit. Peccata, opera tenebrarum vocantur, & qui peccant tenebras amant, & quærunt; solitudine delectantur, testes refugiūt. Opera verò lucis, lucem optant, latebras fugiūt, & testes admittunt atque adescunt. Et licet opera spiritualia sint vt orationes, exomologeses, consolationes spirituales, infirmorum visitationes, quæ secretò exercere intendimus; nihilominus in ijs consultum est, nobiscum optimum Iosue habere, qui nos comitetur. Nam Dominus, & in Angelis suis reperit pravitatem. Et qui amat periculum peribit in eo. Pretiosa res est bonum nomen, fama & existimatio hominum, quæ facile læditur, nisi occasiones præscindamus obloquijs, & malevolorum suspicionibus.

Iob. 4.  
18.

6. Illud etiam non est omitendum æquum non esse, vt Moyses surgat & Iosue sedeat orotus; permittat Dominum montem ascensu laborioso superare, ieiunare, & orationi instare; interea dormiat ipse. Ita fecerunt Apostoli Christo in agonia sudante. Vnde meruerunt reprehendi. Non potuisti vna hora vigilare mecum? Et sanè si Christus non vigilasset, exultatio erat in promptu. At vigilante,

Matt. 26.  
40.

LS

ORANTE

oranteque Domino, quis non erubescat, si dormierit? sunt nonnulli, qui æquo sui curâ maiorem habeant, parùm solliciti, si vigilet nec ne superiores; sibi persuadent, se debiliores esse; superioribus incumbere, exemplo alijs præire; ipsos subinde rigidiores & indiscretiores videri; vrgere nimium subditos; non omnia quæ in scripturis sacris vel regulis sunt, ad calculum revocanda: satis esse si pro cuiusque conatu ac voluntate institutum seruetur. *Sed non est servus maior Domino suo.*

**Ioan. 13. 20.** Dominus Iesus, dum dormiunt discipuli, prolixius orat: & factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. En arca Dei filius æterni Patris, affixa est cruci. Et antiqua quidem habitabat in papilionibus. *filius hominis verò, non habet vbi caput suum reclinet.* Et

**Luc. 9. 58** Dominus Ioab exercitus nostri dux, & sanctorum multorum cœtus prostrati orationi vacant & tu dormis in lecto parùm sollicitus de pœnis, quæ post hanc vitam in caput tuum agglomerabuntur. *Non iacet in molli veneranda scientia lecto. nec virtus longo somno alitur nec inertia.* Duo hæc pretiosissima monilia sunt virtus, & scientia comparantur verò labore, & vigilantia. **Exod. 24. 13.** *xerunt ergò Moyses, At is non solus: sed & sue minister eius.*

TEXTVS

## TEXTVS VNDECIMVS.

Ascendensque Moyses in montem senioribus ait: ex-  
pectate hic, donec revertamur ad vos.

Impedimentis orationis alius modus ponitur.

1. **C**um Moyses ad ascensum montis  
pervenisset, eo que esset loco ad quem  
Aaron & seniores ex divina dispensatione  
admissi fuerant, eos stare iubet, ne ulterius  
pergant. Quippe solus ascendere ad montis  
cacumen, solus orare, solus cum Deo collo-  
qui iuebatur. De qua orantis solitudine, &  
diximus supra, & rursus hoc loco Moyses eā  
dem doctrinam nobis in memoriam revo-  
cat.

Orantis  
solitudo.

2. Pulcherrima hic quoque figura Serva-  
toris in montem Oliueti ascendentis ad orā-  
dum depingitur. Cuius veritas apud evan-  
gelistas exponitur. Venit Iesus in villam qua figura  
dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis. Sedete salvato-  
hic, donec vadam illuc & orem. Et senem cha-  
ris.  
rissimi illi fuerunt discipuli; At Petrus, Io-  
annes & Iacobus familiares; nihilominus  
cum orare voluit, sustinete hic & vigilate me-  
cum, ait, avulsitque se ab ijs & progressus pu-  
illum procidit in faciem suam orans. Tanti refert  
orantem esse solum, ut cor animumque co-  
ram Deo liberè possit effundere.

3. Quod

1. Quod senioribus ait Moyses, *Expectate hic*, expedit, ut orationem facturi usurpemus. Etsi enim Moyses consorcio Aaronis & seniorum in perpetuum carere non posset: nec eorum omnimodam presentiam ac memoriam deponere: tamen orationis tempore iubentur in radice montis manere & expectare, ne videantur, ne interpellent orantem, ne negotia ad regimen populi pertinentia obtudant. Idem nobis faciendum, cum ijs rebus, quas etsi omnino deferere non possumus: expectare tamen ad tempus possunt donec facta oratione, ad illas revertamur, sicut & senioribus expectandum fuit, donec Moyses rediret. At qui sunt illi seniores? Primus est corpus nostrum, quod coævum nobis est, ac natum nobiscum: atque illud magna solet laborare sollicitudine dicens, *Quid manducabimus, aut quid bibemus. aut quo operiemur. Caput meum doleo, caput meum doleo*, quis mihi medelam procurabit? Cui dicendum est, *expecta hic donec revertar ad te*. Curam tuam habeo, magna diei parte; tu autem maxime tuae ad breve tempus quietem relinque, ut Deo sibi que aliquantulum vacet. Secundus senior est cura officiorum, quae cuique incumbunt. Illa enim herum sequuntur, & volunt in templum ascendere. *Quid ascendent vxor, liberi, mercatorum rationes, cum omnibus mercibus? amicorum caterua? tota aula ac tribunalis*

*Impedi-  
menta  
orationis  
ad limen  
templi  
relinque-  
da.*

1.

*Corporis  
cura.*

*Matt. 6.*

*31.*

*Reg. 4.*

*19.*

2.

*Sollicitu-  
do officio-  
rum.*

bunalia patriæ? Dicendum ergò. *Expectate*  
*hic, scio, quòd vos prorsus deserere non possù.* *Exod. 24*  
*expectate hic donec revertamur ad vos.* Templi li- *14.*  
 men caute attingere. *Locus enim iste terra*  
*sancta est.* Vos prophani; *expectate ergò hic*  
*donec revertamur ad vos.* Tertius est non satis  
 discretus *Zelus* animarum. *3.*  
 Laudandus enim *Zelus animarum*  
 fervor eorum, qui animas Deo Creatori res- *indiscretus*  
 tituere ac conservare conantur. At idèd  
 omitti nõ debet oratio: sit cuique suum tem-  
 pus. Et si cùm orandum fuerit recurrant im-  
 portuna desideria, conceptus, ac discursus,  
 quantumcumque boni; dicendum illis est  
*expectate hic donec revertamur ad vos.* Hæc nãq;  
 fucorum instar in alvearium intrant, & mel  
 ab apibus paratum inertes exedunt, & orati-  
 onis fructum exterminant; cuique ergo &  
 studio & orationi locus suus assignari debet.  
 Quartus senior curiositas est varia cognoscē- *4.*  
 di, sive è veteribus libris ac monumētis: sive *Curiositas*  
 nova quædam, quæ geruntur diversis in lo- *tas.*  
 cis investigandi. Idque prætextu boni finis.  
 Item videndi nonnulla, quæ recens accide-  
 runt. Desideria quoque proficiendi & ma-  
 gna quædam patrandi, parandi quoque domi-  
 in adventum amicorum magna & multa.  
 Occurrunt & conceptus perpulchri, qui in  
 opus luci tradendum opportuni iudicantur.  
 Oculi quoque dum oratur non rarò circum-  
 spicere, opposita videre, nonnulla diligen-  
 tius



5.  
Aviditas  
scientia.

tius scrutari prospicere atque intueri appetunt sed his omnibus dicendum erit *expectate donec revertantur ad vos.* est etiam in nobis aviditas sciendi, quæ quidem ex se, non est semper contemnenda; sæpe tamen degenerat in avaritiam spiritualem; quæ helleones quidam scientiarum, gravissime laborant. Nec minus impedit orationis studium, quàm divitiarum sitis, quæ hominem perpetuò reddit inquietum & insatiabilem, omnibus hisce desiderijs & cogitationibus dicto

6.  
Amicitia  
seculariū

*expectate hic donec revertamur ad vos.* Denique dictis annumeranda amicitia secularium, quibus placere, animum demereri, gratificari desideramus. Et ut intime affectus eorū penetremus, negotia eorum lubenter suscipimus; officiisque eos conciliamus. Sed multo magis parentum gratia, charitas & benevolentia (quæ visco quodam naturæ blandioris, eis animos agglutinat) nos allicit & quidem adeò, ut in illis amplius animus quàm in proprijs corporibus residere videatur quàm huic impedimentis modum non ponit, mirum non est, si oratio eius confusa, abrupta, oppressaque iaceat. Etsi enim ipsi corpore in templo hæreamus; aliò tamen animus abreptus, cum necessarijs ac cõsanguineis imaginariè colloquitur. Non ita faciendum; sed omnino imperandum, nos in Dei sacrarium intrare permittant; mancant que extra limen

ecclē

ecclesie, expectent donec finita oratione ad negotia necessaria revertamur, iuxta adiurationem sponsi in canticis *Adiuvo vos filia Ierusalem per capreas cervosque camporum, ne susciteis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.*

*Cat. 2. 7o*

TEXTVS DVODECIMVS,

*Habetis Aaron & Vr vobiscum si quid natum fuerit questionis referetis ad eos.*

*De questionibus (qua in hac vita orantibus obesse possunt) ad superiorem referendis, deque earum remedijs.*

**P**rovidet Moyfes difficultates quae in sua absentia occurrere possent, ipsique prospicit ac salutari consilio monet atque hortatur in omnibus ad Aaronem, & eius vicarium seu substitutum recurrant. Idem nobis in oratione, Dei que obsequio perseverare volentibus agere consultissimum est. multae namque quaestiones in nobis ac difficultates suboriuntur, sive cum corpore nostro sive cum conscientiae stimulis, sive cum proximis, Recurrendum est ad Aaronem & ad Vr. Id est ad eos qui praesunt nobis & conscientiarum nostrarum curam gerunt. Superiores vero alij ecclesiastici, & horum quidem

*Quaestiones variae*

*116*

**Iudices** quidem nonnulli religiosi, nonnulli saecula-  
**externi** res: alij demque laici. Illorum quidam in  
**& inter-** foro externo potestatem exercent: alij in  
**ni.** foro interno. Externi iudices sunt Reges,  
 Praetores, iudices: & in ecclesiasticis Episcopi,  
 Officiales, Praelati religionum qui de  
 causis cognoscunt iudice, & unicuique  
 subdito ius reddunt. Interni vero sunt pasto-  
 res, & qui à confessionibus sunt. *Habetis Aaron*  
*& Vr vobiscum: si quid natum fuerit quaestio*  
*referetis ad eos.* Non omnia referuntur ad ex-  
 ternos iudices: ea tantum solemus referre,  
 quae eis cognita volumus & quae maiorem  
 habent difficultatem, quaeque bonum com-  
 mune, & ius alienum concernunt. Ad non-  
 nullos tamen plura referenda videntur &  
 maxime, quae pertinent ad externam gubernationem,  
 quales sunt Praelati religionum, sine  
 quorum directione, religiosus subditus vive-  
 re, agereque plerumque nec potest nec de-  
 bet. Et si quaestio inter subditos oriatur, ad  
 eum tanquam ad Aaronem referendum  
 erit.

**Potestas**  
**sacerdo-**  
**tum du-**  
**plex.**

2. Est enim in Praelatis potestas duplex, alia  
 ordinis alia iurisdictionis. Potestas ordinis à  
 Christo confertur, dum sacerdotes initiantur  
 sacris. *Accipiunt enim Spiritum Sanctum & pote-*  
*statem peccata remittere.* Hanc habent Sacer-  
 dotes omnes novae legis. Potestas iurisdictionis  
 duplici ratione in Praelatis residet; vel ad  
 regendam

regendos subditos in externo foro (in quo & mandata condere ac promulgare & legū prævaricatoribus ac rebellibus pœnas statuere ac infligere possunt) vel ad spirituales functiones, quæ sine huiusmodi potestate expleri non possunt. Qualis est dispensatio in votis; à vinculo excommunicationis, & censuris ecclesiasticis & hæc quidem in foro externo. Eadem verò potestas jurisdictionis latissimè quoque patet in foro cōscientiæ. Potest enim Confessarius si res ita exigit, & pro pœnitentis salute & fructu leges præscribere, pœnas decernere, beneficium absolutionis negare, à peccatis solvere. Hæc verò, effectus esse jurisdictionis nemo dubitat. Vnde is in quem hæc exercentur, subditus esse debet confessario; sive quia superior eius est, sive per delegationem potestatis.

3. Prælatos verò religionū, vti & Episcopos iustas ob causas, certorum criminum absolutiones sibi reservare, vsus ecclesiæ testatur, sic vt ipsa absolutio non valeat, si secus fieri contingerit. Vt cū ab excommunicatione aliqua, homicidio vel sacrilegio absolvendi potestas reservatur, is qui ab alijs peccatis absolvere potest; eius confessionem non debet excipere, qui aliquo istorum casuum reservatorum laqueo esset innodatus. Potest & idem Prælati iustas ob causas inhibere ne sui subditi, habentes huiusmodi conscientiæ

M

vinculum

Confessarij potestas.

Casuum reservatio.

VVI  
216

vinculum, alijs confiteantur, quam à se designatis; etiam si alijs ad confessiones excipendas omnium ad se venientium, diplomate apostolico cum amplissima potestate admodum foret; præsertim si crimina illa cum periculo scandali, vel recidivi, vel cum damno temporis essent coniuncta. Qui enim secus tentaverit minus esset dispositus ad absolutionem, quam ex natura rei, tum quia præcipienti cum causa superiori, habenti que præcipiendi potestatem, parere non vult. Et quamvis delegatam à Pontifice Confessarius auctoritatem habeat, nec illa per Prælati mandatum tollatur: tollitur tamen ob defectum legitimitatis dispositionis: mandato quoque superioris, si dicto confitendi libertas restringitur quæ sibi ademit, cum obedientiam professus est.

4. Possunt & iidem Prælati, prohibere subditis, ne promiscuè alijs quam a se designatis, præsertim diplomate pontificio carentibus, confiteantur peccata lethalia, etsi non sunt reservata: alioquin graves abusus, & incommoda in ordines religiosos importarentur. Ex quibus liquet quænam quæstiones ad Prælatos, quæ ad Vr; quæ nempe ad Prælatos, quæ ad confessarios referri debeant.

*Quibus  
confessio  
fieri de-  
beat.*

*Potestas  
ecclesia  
subordi-  
nata.*

5. Et vt aliqua in particulari explicentur Dominus priusquam ex eorum sedes repelleret, suo loco vicarios constituit Pontificis in primis Romanum; penes quem superior potestas

potestas per totam ecclesiam residet: ei sub-  
 sunt Episcopi; Episcopis Pastores & Prælati  
 non pauci; quamquam alij Pontifici Romano  
 proxime subijciuntur. Quisque in suo gradu  
 hinc Christi Domini vicarijs ac subdelega-  
 tis parere in omnibus, vbi peccatum non cer-  
 neretur, pro potestate imperantibus tene-  
 tur. Hinc Beatus Apostolus *Non est potestas*  
*nisi à Deo, & qui resistit potestati, Dei ordina-*  
*tionem resistit.* nec subditus grave reputare debet  
 imperium, quod vehiculi loco, ad cælum  
 properanti, à Deo proponitur. Longè enim  
 difficilius est bene sapienterque præcipere,  
 quam obedire. Submite iudicium & volun-  
 tatem, & cætera levia sunt. Si quæ ergò quæ-  
 stio inter religiosos, Christo absente, seu in  
 longinquam regionem profecto, nata fuerit;  
 ad Aaronem referre necesse erit. Ipse Præ-  
 latus cuique parti præscribet, quid magis in  
 Domino, pro iustitia & cuiusque bono ex-  
 pediat.

6. Oritur quoque subinde quæstio de ne-  
 cessitatibus corporis. Non ferunt nonnulli  
 rigorem ordinis, queruntur sibi necessitates  
 & religiosas commoditates deesse; vestes  
 opportunas negari; recreationes restringi.

*Habetis Aaron. Illi si patres sunt & non domi-*  
*nantes in clero, & vos boni filij fueritis, non*  
*negabunt vobis opportuna vite subsidia ac*  
*solatiola. si non faciant, putatote vos esse*

M<sup>2</sup> Christi

Rom. 13  
1.

Corporis  
necessitates.

Exod. 24  
39.  
Petr. 5. 2

VVI  
216

Christi pauperes, nec tantum meritos, quod  
 tum vobis a Domino suppeditatur: multo  
 esse meliores vobis, qui maioribus angustiis  
 ac penuria premantur, qui que libenter col-  
 ligerent micas, quæ cadunt de mensa vestra.  
 Vos apostolicam vitam sectari, Apostolo  
 spicas subinde auulsas edisse premente ne-  
 cessitate; vos nondum ossibus herere, nos  
 nullos, in summa vestra inedia, pingues  
 obesos apparere; idque singulari Dei bene-  
 ficio, vestra patientiæ, ac paupertati dona-  
 tum. Non deesse, qui etsi abundant, laxari semper  
 velint religiosam inopiam: nunquam vobis  
 quietius futurum, quam primæ institutionis  
 sanctorumque patrum scita servantibus.  
 Qui contentus esse possit, eum esse mortali-  
 ditissimum & locupletissimum.

7. Accedit sobrietatem orationis esse  
 manam administram, aut etiam comitem.

*Tob. 12* est oratio cum ieiunio & elemosyna. Oratio enim  
 8. omnes vires animi corporisque asciscit, &

hominem ad tam subline negotium  
 summo Deo peragendum erigat. Verum  
 nihil ita sursum ascendentem spiritum  
 primit, ut fumi ac vapores è cibo potius  
 excitati. Stare namque velut tabularum qua-  
 dam aut obstaculum ingens, supra caput  
 minis videntur, nec quidquam sacri feru-  
 è corde igneo manantis elevari sinunt: &  
 etiam obfistentes deprimunt, & in tenentur

*Intem-  
 perantia  
 oratione  
 impedit.*

præcipue

precipites agūt Natura deinde à cibo sumpto  
 quietē postulat digestionem faciendā in quam  
 omnes vires impendit, tanquam in sui ne-  
 cessariam conservacionem. Vnde hebetio-  
 res sumus à refectione, & propensiores ad  
 somnum, quàm ad orationem invenimur,  
 etiam nolentes, & inviti. Huc facit; in capite  
 precipuos mentis vigere sensus, ac potentias:  
 in eo operationes intellectuales exerceri, vt  
 pote, vbi sedes orationis, à summo artifice  
 collocata est: at ciborum repletione ac ne-  
 bulis, illa potentie obtenebescunt. Quem-  
 admodum enim, cum ex olla bulliente fu-  
 mus ac nebule sursum ascendunt, vaporibus  
 & exhalatione, (quæ ab operculo excipiun-  
 tur & reverberantur) humor liquatur, qui  
 rursum infernè deprimitur. Ita & qui post  
 cibum copiosum mentalibus exercitijs ani-  
 mum appellant, nebulis ac vaporibus obruti,  
 coguntur naturæ importunitati, quietē som-  
 numque expetentis, succumbere. Omitto  
 regnum Dei non esse escam & potum, &  
 quod necessitatē excedit ad regnum Dei nō  
 pertinere. Generat enim nō devotionis sen-  
 sus, sed inanes, futiles, impuras cogitationes,  
 risus, cachinnos, salutis incuriam, vanilo-  
 quia, oculorum sensuumque neglectum,  
 motus libidinosos, audaciam, oblivionem  
 Dei, & quod deterrimū est, multorū anno-  
 rum cum virtute transactorum labores ab-  
 sorbet

M 3

sorbet

 15  
 Sobrieta  
 tis laus



forbet. Chryſoſtomus verò arbitratur in  
 iunium creare in animis hominum alas ſpi-  
 rituales, quibus ad Deum aſcendat: atque  
 elevatos ſub pedibus tranſitoria omnia con-  
 templari, ac calcare. Ut enim navis in  
 onulta ponderibus, nec gravata, celes-  
 timè volat; & vento, remis, aut aquæ  
 cundo fluxu rapitur; ita & qui ſobrietatem  
 ſectantur, eaque delectantur, facilè in Deum  
 aſſurgunt, & ſine impedimento perveniunt.  
 Quare ſi quid circa corporis neceſſitates  
 binde quæſtionis occurrit, ſi quid circa  
 cia partim domeſtica, partim ſecularia  
 qua verborum contentiones; denique ſi  
 pacem & quietem animi interturbant;  
*petis Aaron & Vr vobiſcum, reſeratis ad eos.*

### SECTIO SECUNDA.

*De quæſtionibus qua ad confeſſarium reſerri debent  
 & inter cætera de ſcrupulis.*

**E**Xpedi in eccleſia Dei præter Episcopos  
 & Prælatos conſtitui Paſtores ac confeſ-  
 ſarios, qui conſcientiarum curam habeant  
 eas regant nomine Chriſti Paſtoris optimi  
 qui animam ſuam poſuit pro ovibus  
 qui ad libertatem conſcientiarum ſal-  
 vandam præficere voluit aliquos qui auctori-  
 tate è cælo tradita cum ſigillo ſeveriſſimo  
 firmo

firmitates humanas cognoscerent, eisque magna charitate fideque mederentur: multa enim occurrunt, quæ Episcopis, suis Prælatibus ac superioribus nonnulli verecundiores manifestare reformidant; & si eis nota esse oporteret, manifestum potius salutis discrimen adirent, quam abdita mentis suæ revelarent etiam sub secreto confessionis. Quare prudenter Ecclesia consulit animarum securitati; cum diversi ordinis iudices internos constituit ac multiplicat: ut ubi cum vno quis liber esse non possit, ad alium valeat recurrere ac vulnera sua secreta manifestare.

2. Quæstiones verò conscientiaæ variæ sunt: atque illud in genere dici potest: summum à Deo tum demum privilegium nobis concessum esse; præsertim rudioribus adolescentulis ac juvenibus, sed maxime pudibundis puellis ac mulieribus; cum virum integrum, castum, prudentem, fidum, monendi, reprehendendi, hortandi que libertate præditum, cui abdita conscientiaæ nostræ credamus, & quæ nos urgent atque affligunt, pandamus; consilia optima relaturi, nancisci possimus. Quid enim maius ac iucundius quam habere amicum secretum, fidumque cui tuto te committas, audenter loquaris, ut tibi; secreta aperias, nihilque verearis exponere, quod nolis vel vni mortalium alteri, pro facultatibus omnibus & vita ipsa detegere: à quo Dei nomine

*Confessoriorum necessitas.*

*Utilitas eorum.*

*Quid ad confessorios referendum.*

M 4 mine

mine dubiæ conscientiæ affectæque, certæ resolutiones haurias ac reportes. Certe nihil in mundo melius ad salutis certitudinē, ad solidam consolationem, à Deo datum esse hominibus mihi persuadeo. Omnes ergo quæstiones quæcumque illæ sint, etiam si ad Aaronem spectent, aut etiam ad quolibet laicos & sæculares semper licitum est ad hunc arbitrum, consilij solatijque causa referre.

2. 3. Maximè propriæ tamen eæ sunt, quæ absolutioni subiiciuntur. Ut sunt peccata, quorum alia venialia dicuntur, alia lethalia. Ad hæc delenda claves habet à Christo datas, sed ea fateri, ac illi manifestari necesse est. Iple enim iudex est & sedet pro tribunali, in quo hæ personæ necessariae sunt. Iudex primis competens; accusator; testes & reus. Ille iudex censetur competens, qui & sacerdos est & iurisdictionē habet in eum quem absolvit.

Accusator is est, qui confitetur contra se. Conscientia mille testes: idem & reus qui accusator. Ut autem reum iudex absolvat vel condemnet cognoscere debet de delicto. Hanc verò notitiam secretorum ab alio habere non potest, nisi à reo, quem si dispositum inveniatur, à peccatis absolvit. Si minus rejicit. Quare si quid natum fuerit quæstionis circa peccata: ad Vr seu confesse

*Tribunal  
secretum*

nam referendam est, modò superiori peccata illa non reseruentur. Quo casu qui potestatem non habet ab eis absolvendi, vel ad superiorem, vel ad eum penes quem talis potestas est, debet remittere.

3.  
Scrupuli.

4. Aliæ quæstiones ex conscientia minùs recta quietave oriuntur quæ vehementer animum exagitant, & orationis studium interturbant. Ad quas aliud penè remedium non est, quàm vt ad arbitrium conscientiarum nostrarum, quæstionem omnem ac dubia perplexa deferamus. Hi sunt scrupuli; ita dicti, quod sicut calculi seu lapides parvi calcem intrantes magna pedem afficiunt molestia, & lauciant non rarò, gressumque claudicantem ac fastidiosum reddunt. Ita & conscientia dubia ac scrupulosa molestiam parit & inquietudinem; lædit animi pacem & vitam spiritualemente tedio ac mœrore complet: vt qui proficere cœperint, retrocedere, aut implicati nodis difficillimis toti ad eos solvendo convertere se & à profectu cessare cogantur.

Scrupulorum  
damna.

5. In nempe totum hominem occupant, vt alia de re cogitare vix possit. Tollunt deinde omnem orationis ac pietatis suavitatem ac gustum. Sicut muscæ morientes, unguenti suavitatem exterminant. Et vino generoso frigida infusio largior, vim plane adimit. Et lapidum

VVA  
216

lapidum in ignem ardentem congestio, ardorem extinguit. Huc facit, quod agritudo hæc, diffidentiam generet, desperationem nutriat, spemque quæ fundamentum precatiois est, excludat. Sanè huiusmodi anxietates ac stimuli conscientie orationis nature vehementer repugnant. est namque oratio spei actus: & petitio ipsa, fiducia rei consequendæ nititur. Alioquin cur petam cuius in spem venire non possum? Addo orationem esse mentis elevationem in Deum. At scrupuli non elevant mentem, sed prorsus deprimunt ac prosternunt: avocant etiam a Deo & pertrahunt omnes animi vires ad consideranda peccata, sed frustra; sic ut Deus obliviscatur. & quod peius est, cogitationes ingerunt obsequij divini deserendi; & ad pristina vitæ dissolutiones repetendas impellunt, & pertrahunt. *Habetis Aaron & Virriscum, si quid natum fuerit questionis referent ad eos.*

6. *Scrupulorum diversa genera.* 6. Varia autem sunt scrupulorum genera. Quidam laxissimi sunt in admittendis peccatis, nullum unquam obicem inveniunt, totius soluti moribus, verbis profusi, & ad res seculares effusissimi. At ubi exomologesis facienda, libellos implent, res una toties exponitur, quot sunt facti circumstantiæ, live hæc, aggravent, sive non; repetuntque rem eandem sæpius, & urgent sacerdotem attendenda

attendat; rogant an intellexerit. Et ubi per  
absolutionem carnificina illa conscientia lū-  
blata est, illicò redeunt ad ingenium.

7. Alij in confessione facienda sunt breves,  
& acquiescunt confessario, sed ad opera sin-  
gula, conscientiam peccati sibi formant. Alij  
de lapsibus quotidianis non laborant sed præ-  
teritorum delictorum memoria obruuntur,  
cruciantur; nec finem faciunt eiusdem rei  
repetendæ. Nonnulli sibi scrupulosi non  
sunt, sed minutuli ferre non possunt defectus  
alienos, quos iudicant, & damnant per om-  
nia: de se præclare & sentientes & loquētes.  
Sunt & alij qui aliorum curam habent, &  
de defectibus subditorum parùm sunt solliciti;  
in se verò crudeliores ceniōres existunt. De-  
nique quidam hallucinantur ac cespitant pæ-  
ne in factis omnibus etiam in virtutum ope-  
ribus, in omnibus se ipsi calumniantes. Ve-  
rùm maximè se cruciant, cùm ad examen  
cōscientiæ veniunt, seseque quasi sub incude  
concludunt, aut in prælo rigidissimo con-  
sternunt. Vbi verò, sacerdotis aurem nacti  
sunt, vel sunt nimij in quibusdam; vel certè  
subinde ita taciturni, ac verecūdi, ut pænè for-  
cipibus dentes aperiendi; & verba tarda &  
extorta ex ore, magno fastidio deducenda  
videantur. Remedia aliqua erunt constitu-  
enda.

SECTIO

## SECTIO TERTIA.

*De scrupulorum remedijs.*

*Scrupu-  
lorum  
causa.* 1. **Q**uoniam ex diversis causis conscientiae errores nasci diximus, diversa quoque remedia applicare necesse erit. Et quidem inter primarias causas, naturae complexionem malignam, atque corporis intemperiem attulimus; in quibus exundet humor melancholicus, aut biliosus; aut accedat intempestiva tractandi corporis ratio rerumque agendarum indiscreta dispositio, ac regimen, aliarumque infirmitates; exploratum est, exiguam fore animo quietem, vehementiusque dictos humores in imaginationem non adeo firmam sevituros; ex quibus inquietudo, ac carnificina intolerabilis pullulabit. Utque hac de re meliori methodo tractemus; remediorum horum momenta in septem paragraphos partiemur.

## PARAGRAPHVS PRIMVS.

*Remediorum initium à medicis exquirendum esse.*

2. **E**rgo ante omnia, medicamenta corporalia huiusmodi morbis praefcribenda erunt potius quam spiritualia. Ut

*animi*

enim spiritualis infirmitatis fundamentum  
 ac origo, ex corporalis infirmitatis fonte *Medico-*  
 procedit: ita quoque ad medicos potius cor- *corum o-*  
 porales, quorum est cognoscere ac discer- *pera scri-*  
 nere de morbis corporalibus, hisce molestijs *pulosis ne-*  
 affecti comprimis remittendi erunt; quibus *cessaria,*  
 medicis, si pareant ipsi magnam morbi sa-  
 nandi partem assecuti videbuntur. Deo ipso  
 auctore qui mandat *honorandum medicum prop-*  
 ter necessitatem. Ecclesiasticus sane eiusdem *Eccl. 38.*  
 spiritu ita præscribit. *Altissimus de terra creavit* *4.*  
*medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illos.*  
 Etenim plerique hac infirmitate detenti, plus  
 æquo, iudicio; ne dicam imaginationi suæ  
 indulgentes, avelli non possunt, ab eo quod  
 semel conceperunt; medicamenta ac ratio-  
 nem victus, eam optimam esse statuentes,  
 quam ipsi sibi commenti sunt. Hi sanè insa-  
 nabiles remanent; quia in quo curationem  
 ordiri necesse esset, in eo ipso hallucinantur,  
 & in iudicij erronei scopulos impingunt.  
 Nullam moderationem servant: infirmita-  
 tibus suis alendis ac conservandis ansam  
 quam maximam præbentes: nunc immode-  
 ratis ieiunijs sese conficiunt: nunc cibis in-  
 gurgitant: illos cibos optimè sanitati qua-  
 drare reputantes, etsi nocivos, & planè bono  
 succo contrarios, quos inordinatus appetitus,  
 ac libido reposcit. Non frustrà ergo divina *Eccl. 38.*  
*providentia de terra creavit medicamenta & vir* *4.*  
*prudens*



*prudens non abhorrebit illa. Imprudens, & vitine seniu, abhorret; quia imaginationi non placet; quia palato non arridet: quia cum summo morbo laboret, eo ipso carere non vult, sed fovere, & in eo consensescere, ac potius gravia pati incommoda, quam cupitis atque irritatibus delicijs privari. Experientia tamen docuit, creata a Deo medicamēta, & inter cetera Rhabarbarum, ac caliam, ipsam tam atram quam flavam bilem humano corpore excludi, sæpeque ad mentem relictisse, qui pane ab ipsa desciverant.*

3. Nolim tamen ipirituales homines anxie ac medicè vivere, horrere templa, nocturnas orationes, ieiunia, moderatas pœnitentias, cibos ordinarios ne valetudini suæ obfint: sequantur ij sapientiorum iudicium, suum submittant; vt paucis; hæc ratio valetudinis conservandæ, quam dum varijs vel ciborum desiderijs labefactas; vel intempestivæ inediæ immoderatione destruis; in utraq; partem agitas animum, qui certè nunquam quiescet, donec ei acquiescas, qui tibi pro imperio modum potest præscribere.

PARAGRAPHVS

## PARAGRAPHVS SECVNDVS.

*Alacritatem animi conscientijs afflictis esse comparandam.*

4. **S**ecundum hoc remedium magnum <sup>Tristitia</sup> habet cum præcedenti commercium, <sup>incon-</sup> atque eodem pene nititur fundamento. <sup>modis</sup> Cavendum quippe omni ratione ijs qui animi anxietate laborant, ne vnquam tristitiam admittant: admissam propellant, & eius occasionibus nunquam locum præbeant. Ea enim est, quæ totius morbi radices alit; generat cogitationes importunas; turbat imaginationem, iudicio tenebras offundit; intellectum obnubilat; terrores ciet; sanguinem ac humores salubres corrumpit, & in atram bilem convertit. Qui enim in amaritudine versantur, horrent Dei iudicia, eaq; perpetuò eorum oculis obversantur; quæcumque contra peccatores à concionatoribus denuntiantur sibi ascribunt; cuiuscumq; ea demum generis sint; quæcumque in mentem veniunt, vel etiam in cogitationem, sese eadem admisisse arbitrantur. De morte & ratione, severo iudici, reddenda, cogitationes sic sovent, vt religioni ducant eas à se amoliri. Assiduè peccata versant animo; sicq; sese calumniantur, vt neminem mortalium ceteriorem

*Vitanda* deterio- rem reputent. Hæc à Spiritu melan-  
*Tristitia* cholæ exoriuntur. Harum ergò cogitatio-  
*occasio-* num occasiones vitandæ: fugiendum scrupu-  
*nes.* losorum consortium ac conversatio. Esti-  
*Proverb.* enim amicorum necessitudo ac familiaritas  
 25.20 iucundam vitam efficiat, scrupulosorum por-  
 ro colloquium instar tincæ exedit & corda  
 & corpora, ijque, se mutuo, adiuncti confici-  
 unt. *Sicut tinea vestimento* (ait Sapiens) & *ver-*  
*mis ligno: ita tristitia nocet cordi.*

5. Allumendæ ergò cogitationes de Dei boni-  
 tate & misericordia, de Christi Salvatoris  
 meritis, eius amore in peccatores, quorum  
 causa in has vite calamitates è cælo devolu-  
 ac immergi voluit. Considera vocationem  
 tuam, quamque benignè tota vita Deus te-  
 eum egerit; quoties solatio incredibili te  
 perfuderit. Oculos attolle, in cælum suscipe,  
 vbi tibi sedem supremus Rex ab æterno, ob  
 filij sui merita, præparavit; si velis; si me-  
 dico, si directori tuo pareas, & pro virili cõ-  
 ditorem tuum diligas. Hisce cogitationibus  
 angustia pectoris tui dilatabuntur: & sicut  
 cum sol lucet, glacies ac terra concreta dis-  
 solvitur: ita sole iustitiæ, in animum admis-  
 so, constricta viscera solventur ac producentur.

*Alacritas* tur. Hoc sensit Dāvid cum dixit, *Viam mī-*  
*tis utili-* *datorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.*  
*tates* S. Athanasius, Beatum Antonium solitum  
 Psal. 118 dicere refert. *Si alacres in Domino fuerimus,*  
 nullus

in illis demonum ad mentes nostras impugnandas au In vita  
 ilebit accedere. Hoc medicamentum alacritatis S. Anto-  
 quotidie sumat infirmus. Gaudeat in Domino nij.  
 semper: Sequatur Chryſoſtomi conſilium de Philip. 4.  
 inſtitutione monaſtica loquentis: In mona- 4.  
 iborum ait inſtitutis, vna tantum re opus eſt, nobiliſ  
 ſcilicet atque eximia alacritate animi. Hæc ſi adſit,  
 nihil quò minus ad ſummam quiſque virtutem per-  
 veniat, impedire poterit. Vnde colligitur nimi-  
 am animi trititiam magno eſſe ad perfe-  
 ctionem impedimento.

6. Nolim tamen alacritatem hanc in vanam  
 ac diſſolutam lætitiã degenerare, quali  
 mundi perfruuntur nimium effuſi in res va-  
 nas ac temporales, & maxime in corporales  
 recreationes. Hæ ſcrupos non ſanant, ſed  
 exaſperant; Gaudium enim hypocrita ad inſtar  
 puncti afficit illud quidem; ſed aculeus, qui  
 inde naſcitur incredibili vulnere animam  
 ſauciat ac perstringit. Longè alius eſt animi  
 motus, qui ob conſcientiæ bonæ teſtimonium  
 exurgit, ex rerum bene beatæque geſtarum  
 memoria; ob Dei promiſſa; ob conformi-  
 tatem noſtræ cum divina voluntate; propter  
 viſitationes cæleſtes; ob ſpem futurorum  
 præmiorum; propter occaſiones bene de di-  
 vino numine, ac proximorum ſalute me-  
 rendi; ob amplificationem honoris ſupremæ  
 maieltatis; ob profectum hominum, qui  
 manuum rerum cultu atque amore contèpto

Alacritas  
 vana fu-  
 gienda.

Iob. 20. 5

totos

totos in obsequium calitum se convertunt.  
Hic, inquam, animi generosus impetus, tantum abest, conscientiam mordeat: ut etiam novas plane vires & animos addat ad magna aggredienda ac prosequenda; summam in conversatione cum Deo & hominibus alacritatem, quietemque conciliet ac stabiliat.

## PARAGRAPHVS TERTIVS.

*Scrupuloso non facile iudicandum de lapsu in peccatum mortale, vel etiam veniale.*

**Femera- 7.** **A**D dosin tertiã veniamus. Verum  
**rium est** **A**dicer aliquis. Qua ratione vitam  
**se dam-** lætam ducere valeo, qui gravissimis sceleribus  
**nare pec-** me oppressum video. Peto verò abs te  
**catis mor-**

quæ sint illa scelera quorum animus tuus  
consciens est? Ea inquis, quibus idem omni  
hora ac momento sese contaminat; nempe  
ea inquam quibus per scrupulos conscientia  
tua impetitur. Ergone crimen est, scelus  
abominandum ac nefas, in animo invito contumeliam  
pati? criminatorem iniquum sustinere? nullo modo.  
Sicut qui demonum carnifve tentationes sustinent, si aliud non  
sit, eo certè nomine, omni culpa carere certè  
senti sunt; alioqui quomodo Beatus Apostolus  
diceret, *Beatus vir qui suffert tentationem*  
*quoniam*

**Jacob. I.**

**22.**

quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ,  
 quæ repromisit Deus diligētib; se. Probatio hæc,  
 canis latratus est; mordere conatur ille qui-  
 dem, sed mordere non potest, ni velis. Cap-  
 tivum ducere nititur, auctore Beato Paulo, in Romæ  
 lege peccati. Captivus subinde, sed non capit, 7.23.  
 non vincit, non abducit, non compingit in  
 carcerem. Tum demum mordetur animus,  
 vincitur, ac servus abducitur; *Concupiscentia Iacobi 1.*  
*rum conceperit: parit enim tum peccatum, & 15.*  
 quidem nondum lethale; sed cum consumma-  
 tum fuerit generat mortem. Vbi enim quis se  
 cani tradiderit mordendum, hosti vincien-  
 dum & abducendum, sciat sese morti addi-  
 xisse, cum morte animæ atque æternâ pactû  
 iniisse. Concepit nempe (ut ait Propheta Re- *Psal. 7.*  
 gius) *dolorem, & peperit iniquitatem: lacum 15.*  
*aperuit & effodit eum, & incidit in foveam quam*  
*fecit.* Non ita qui calumniam sustinet, qui  
 disperire malit, quàm ab amicitia Condi-  
 toris sui desciscere. Benè quidem, ait ille, si  
 me capi atque illaqueari non sentirem. Ve-  
 rum aliud est sentire, aliud consentire.  
 8. Mirum est sanè, quod si rogeris, anne  
 millies emori quam Deo Omnipotenti ter-  
 gavertere, malis? respondeas te paratum  
 omnia mundi tormēta subire, in ignes, gladi-  
 olis; induere potiùs, quàm legem Domini tui  
 deserere. Item, si te adversarius tuus calum-  
 niatur, excusas te, succenses, ad iudicem pro-  
 vocas

Na

vocas

vocas. Cur tibi non irasceris, quod tantam  
tu ipse tibi iniuriam irroges?

9. Cum male agis, tegis crimen tuum; &  
forte tempus fuit, quo peccata peccatis ad-  
debas, teque ipsum palpans crimen tuum  
extenuabas, & ut exiguum aut nullum ex-  
cusabas. O demonis astutia! cui tum pare-  
bas, nec artes eius agnoscebas. Eius profe-  
cto hoc erat astutum consilium, ut te illige-  
ret, & turpitudine peccati in dorsum reiecta,  
infinite voluptatum illecebris, que tibi &  
bona & venusta apparebant, immergeret.  
Eadem arte, cum omnibus mortalibus ho-  
tis humani generis vititur. Cur ergo modo  
te a cognitione peccati non deterret? Cur  
ab eius turpitudine non avocat? Cur aliter  
tecum agit, quam cum ceteris hominibus  
facere subinde delinquentibus, quibus volup-  
tatis prestantiam objicit, demeritiam fedita-  
tem occultat? Cur & multitudinem scele-  
rum in te congerit, & in animum innoxium  
intrudit ac coagmentat? Cur ita gravitatem  
exaggerat; ac si crimina ipsa perpetrasses,  
quidem que toto animo odis, que execras  
que continenter sacramentali confessione  
detergis, ac si ea ipsa suscepisses? Artificium  
hoc est eiusdem demonis, qui cum in castro  
suos pertrahere te non possit inductione ma-  
nifesta, subdole te in partem contrariam pro-  
vocat, ut non vnum peccatum admittas: sed

Dei cultu, fastidio quodam, despecto, te  
in omnia vitiorum genera immergat atque  
involvatur.

10. Exploratum ergo evadit, & sacrae pa-  
ginae testimonij, & rationi consentaneum,  
mordicationem illam animi, peccati labem  
non continere, eamque praeter morem, da-  
monis praestigijs excitari. Quid dico te inno-  
xium hac in parte crimine carere; cum &  
utiliter (Deo ita disponente) morbus hic in  
saluberrimam medicinam subinde commu-  
tetur. Morbus est & molestus quidem, febris  
quartana: purgat tamen, & noxios humo-  
res consumit; saepeque contingit, ut postmo-  
dum sanitas constantior eidem succedat. Ita  
initio accessionis, ad divinum obsequium, e  
saebris vitiorum emerso usu solet venire.  
Profiunt serupuli, qui instar scoparum men-  
tem expurgant. Et quemadmodum decer-  
frumentum cum paleis mixtum excuti pri-  
mum, tum ventilabro paleis dispelli, ut gra-  
num a sordibus discernatur: ita quoque ex-  
cussiones, disquisitiones, examina, remorsus  
conscientiarum apprimè utiles sunt, ut vitia  
a virtute discernantur; quod bonum est reti-  
neatur; quod deterrimum, expellatur.

11. Ne ergo mihi dicas criminationes has,  
molestasque muscas animo insidentes, mor-  
dicantesque, esse crimina; cum ne quidem,  
si displiceant, inter nevos recenseri debeant;

*Vtiles sub  
inde esse  
serupulos*

N 3

imo



imò ad meritum præmiumque bonorum operum pertineant. Tantùm ne audias calumniatorem ; fuge latrantem canem, ne te mordeat. Crede dicenti tibi, eos peccati reos non qui peccatum execrantur, sed qui admittunt atque suscipiunt.

12. Benè quidem ( ais ) si ita execraret, vñ non subindè immoraret : quis enim impetus istos toties repetitos non audiat ? non etiam his adhærescat affectu ac sensu ? Et hoc sine dubio peccatum esse nemo dubitat ; ergo ergò mortale ? Verùm hæc dici possunt, non facillè probari. Quis enim credat hominem paratum emori pro tuitione legis divinæ, tam facillè amicitiam Dei deserere, contemnere, imò à mente & ratione recedere ? Vbi agitur de æterna separatione à summo bono, pœnisque sempiternis incurrendis ? Videamus si placet, quid patres definiant esse peccatū mortale, & te toto celo aberrare cog-

*Richa. a* gnosces. Richardus à Sancto Victore *S. Victo.* tract. de tituens, ita ait .. Mortale est, quod non potest differen- committi sine gravi corruptione sui. Item mortale tia pecc. est quod non potest committi sine gravi laesione pro- mort. & xiiii. Denique quod non potest committi, sine ven. p. magno contemptu Dei. Cetera mihi videntur v. i. pagina nialia. Considera ergo & metire actionum 389. tuarum momenta ac rationes, ex hac sapientissimi viri definitione : atque imprimis, ante peccatū

totum corruperis, animum nempe & cor- *mortales*  
 pus. Vt mortale peccatum suscipias, debes *quid ve-*  
 deseruisse rationem ducem, intelligentiam *niale.*  
 veri, certoque discernere ac nosse, te à carne  
 aut demone in turpitudinem pertractum &  
 quidem animo deliberato ac volenti. Hoc ne  
 unquam sciens & volens concipere, suscipere  
 reque auderes? Quoad corpus: an tibi iugu-  
 lum petisti? An pectus ferro confodisti?  
 An membrum tibi necessarium præcidisti?  
 An parentes, qui tibi vitæ principium dedere,  
 trucidasti? Hæc & similia legi divinæ repu-  
 gnantia nisi feceris, mortale non feceris.  
 Alioquin te graviter minimè corrupisti. At  
 proximum fortè læseris? In quo? furto eius  
 bona notabilia abstulisti? Eius bonum no-  
 men cum gravi dāno violasti? Crus ei aut ti-  
 biam amputasti? Oculum eruisti? Aures, aut  
 nares detraxisti? His enim modis & simili-  
 bus, quibus notabilis iniuria sibi aut proximo  
 irrogatur, ac graviter læditur, peccati mor-  
 talis culpa contrahitur. Considera denique  
 an gravi contemptu Deum lacestiveris, irri-  
 seris, exceperis? Tu fateris te mille cruciatus  
 ante passurū, quàm Deum contempnas. Quo-  
 modo sicte calumniaris vt propter atomos in  
 oculos tuos irruentes, & umbellam obver-  
 santem, te Deum contempnere graviter cri-  
 mineris? Si sapias ad mentem redeas, & sa-  
 pientiora de te iudicia, de Deo, de tuis directori-  
 bus

ribus statuas.

*Tres seru-  
pularum  
fontes.*

*Amor sui  
inordina-  
tus.*

*Timor*

Hæc infirmitas tua, est, ex trium fontium aliquo, vel omnino tribus producta, nempe ex vehementi apprehensione, quæ rem parvam, ingentem; ex musca facit elephantem. Deinde ex superfluo, incondito, & intempetivo timore, qui animum ex se satis angustum, in summas angustias redigit ac cōstringit. Accedit & amor inordinatus sui, quo quis illigatur, ut à sensu proprio, & voluntate nolit recedere; & quamvis in carnificina & sordibus (uti scarabeus in stercore equino) eius mens & affectus versetur alledue, tamen in his, pro dolor! angustijs verlan ac commorari mavult, quam in virtutis angustissimis delicijs, & beatæ vitæ amoenissimo horto, quiete ac pace iucundissima perfrui. Arguit etiam amorem inordinatum irrationalis ille timor peccati: qui non ex amore divini numinis, sed ex amore concupiscentiæ, ut vocant, scholastici dimanat. Timet enim huiusmodi animus ignis inferni gehennam ac horret: quia nempe sibi beatum vult, & malum refugit. Verum, quia peccatum pœnarum infernarum causam præbet, illud perhorrescit, nec discernit, verum verum peccatum, an eiusdem umbra ac simulachrum id efficiat; omnia etiam tuta vera, falsaque metuens. Et ne in barathrum delabatur, mavult sibi ascribere, quod nequaquam

quaquam admisit, quàm se inani ac vano periculo damnationis exponere. Multa sibi obijcit, quæ nec sunt, nec futura sunt: aut sane, si existant, longè aliter apprehendit, quàm deceat mentem sanam. Quemadmodum enim qui timet hostem, eum capiti suo perpetuò imminere arbitratur: qui incendium, assidue aris campani pullum sibi audire videtur: Ita & qui insano timore peccatum perhorrescit; in omni re illud delitescere, ad fores mentis pulsare, ob eo se invadi ac possideri opinatur, cum ab eo longissime distat. Unde morbus ille convenientissime perspicilijs comparatur, quorum vitra, si rubra, omnia eiusdem coloris apparent: si carulea, coloris cerulei: si viridia, viriditatem rebus ipsis inesse mens insana concludit: ita & qui morbo præsentì detinetur; perturbationem animi tanquàm perspicilia sibi admovet, nec ex rei veritate iudicat, sed ex sensu perturbationis, passionisve, sententiam fert veritatis fucatae; fallum pro vero assumens, vitium pro virtute, prævaricationes virtutum actus definiens. Ergò ab oculis amove amorem inordinatum, extermina perturbationem, & clarissimè adverte te hallucinari, eaque peccata non esse, quæ mortalia existimas.

*Apprehensio inanis*

*Eadem convelli-*

*tur ratio*

*in variis atque enormia crimina, contra si-*

*onibus*

*N 5*

*dem*

dem, contra Dei caritatem, toto animo defendendi. Hoc inquam dicis. Ego contrarium assevero; cui potius credendum est? Forte confessarius tuus, tu pœnitens meus. An tibi potius me decet credere; quàm te mihi? Crederem, ais, si tu mentem meam videres ac cognosceres. Cognosco, inquam, sicut tu exponis, longeque perspicacius quàm tu; nà oculus tuus, ob tenebras circumfusas, pro rei veritate iudicare non potest; & nihilominus, etli te ipsum damnes gravissimi sceleris; ne umbram quidem delicti percipis, aut defectum deprehendo.

14. Quis huius disceptationis erit iudex? Ponamus te, meque partes esse, & inter nos contendere. Iudicem eligamus quàm optimum si Sapiensem eligam non admittes, re- clamas, excipis. Neminem præter te iudicem probas. Nà tu iniquus iudex es, qui te ipsum insontem condemnas. Qui tibi nequam cui bonus eris? Ego quemlibet sapientem arbitrum huius controversiæ deligo; totidem testes, quot sanæ mentis doctores Ecclesiæ. Tu proba quod asseris, nam sine teste, aut sine iuramento, in iudicio dicenti nemo tenetur credere. Dicis; animo, commisi infandū crimen. Dicis, & non probas: aut tibi credendum non est; & manus dare cogeris, nisi pertinax haberi velis: aut certe iuramento edicto, disceptationi finem imponas. Dic ergo iuramento

juramento depone; per Deum sanctosque omnes, te crimen animo admisisse; in illud consensum prebuisse. Si verum non sit, tibi diras omnes imprecari, te poenis sempiternis, cum terribilissimis demonibus devovere. Credo id te nunquam facturum. Cognoscas ergo, tibi illud ab imaginatione tua, cui credis potius quam viris sapientibus, qui vitæ & mortis tuæ internæ & æternæ, Deo redduntur sunt rationem. Quali verò tuæ magis conscientiæ consulas, quam illi suæ, quos præ te iudicas & contemnis.

15. Urgeo amplius. Fac tibi Christum Dominum loqui in hæc verba. Tunc in crimen, ac nefandum facinus, consensisti? Si te adhæsisse, manusque dedisse tentationi fatearis, & assertio tua veritati consentiat, ego culpam tibi remittam: at verò, si fallum id sit, si veritati minimè conforme, ego te fulmine perdam: hiante terra ad barathrum æternis ignibus cremandum, cum demonibus actutum demergam. Quid hoc casu posito respondebis? horrebis sanè, & dubium te profiteberis. Si dubius es, cui credes? Tibine, cum ea perturbatione, qua nosti te agitari continenter? Postquam toties illusus fueris, toties deceptus & confusus?

16. Redeo ad definitionem Richardi, qui statuit illud esse peccatum mortale, quod committi non potest sine gravi corruptiōe sui. Quæso aduer-

te, & permitte, vt definitionem hanc, quam  
ante attuli, vt scrupulorum tuorum ob  
tam materiam convellerem, nunc in cap  
tuū retorqueam. Non sint ergo peccata que  
lethalia esse cupis: sed hoc tibi supra modum  
timendum est, ne dum teipsum frustra reu  
constituis, in mortalis peccati barathrum  
conijcias. Committitur mortale peccatum  
cum quicquam agitur cum magna corrup  
tione iur. At quis non videt, consuetudinem  
interni opprobrii, animum corpusque cre  
dentis, periculum corruptionis totius homi  
nis imminere? Ingenij, iudicijque vis totum  
enervatur: ratio tenebris obvolvitur, vt  
alioquin præclarissima talenta habeat,  
doctrinæ & sanctitatis; inutile pondus est  
ciatur: nec sibi prodesse, nec reipublice  
sulare, nec in virtutis tramite progressus  
los facere valeat: abijciatur verò ab omni  
bus tanquam inanis & capite vacuus, qui  
familia, neque necessarijs, alijsve possit op  
tulari. Neque certè corpus, quod in partem  
venit morborum animæ, infirmitatibus  
rebit. Opprimitur enim cor doloribus mel  
lancholicis, ex quibus, pectoris angustia, cor  
ruptio sanguinis, distillationes in pulmone  
asma, pthisis, cacexia, & habitus vniuersalis  
perniciolus, qui denique tabem, interitum  
que adferant. Toto interim vitæ tempore  
despicientiam & carentiam omnis voluptatis

is patitur : & quamvis divitijs abundet, amicorum honoratorum numero, segetemque rerum omnium ; confossus telo interni sui morbi, tabescit & conficitur ; nec mali finis donec ad matrem redeat ex qua mortales omnes orti sunt.

17. Illud quoque non prætermittendum, te Christi merita videri parvipendere : de eius clementiâ ac bonitate dubitare. Quid enim? Tyrannum Deum arbitrare, quasi qui alumnos velit suos perpetuam carnificinam pati, eum denique delectari cruciatibus, quibus nulli tetriores atque immaniores in hac turrimosa vita excogitari, fingique possunt. Scito etiam te redemptorẽ tuum non parum contemptui habere, qui ei non credis, cui iudicium, & imaginationes tuas præfers. Ipse enim per servos suos tibi loquitur, quibus ut credas, & pareas severe mandat, quos tamen nec audis, nec sequeris.

#### PARAGRAPHVS QVARTVS

*Examen conscientia, & confessionem sacramentalem, nisi modus ponatur, scrupulosis vitanda tanquam scopulos perniciosos.*

28 **D**Vo scopuli in vasto hoc pelago navigantibus (qui quarto remedio *duo* occasionem



occasionem præbebunt) sese offerunt. Cæ-  
 illi sunt, & nunquam apparent, nisi app-  
 me oculatis, qui discernere valeant nō mo-  
 bonum à malo; sed etiam id quod alias bo-  
 num est vni, alteri sit perniciosum. Multi  
 namque benè sanis vtiliter propinantur, que  
 infirmis noxia sunt. Vtilissime vinum sobriè  
 ac modicè, si sanus es, sumes: perniciose  
 vrente feбри maligna. Cogitare de morte  
 de extremo iudicio, de peccatis, tum vitæ cur-  
 rentis, tum præteritæ admodum salutare  
 dicentque tibi philosophi, *veram philosophiam  
 in mortis meditatione constitui.* Id luadendum  
 non est, ijs, qui insano metu percelluntur,  
 qui que melancholico humore abrepti, plus  
 æquo, in has cogitationes feruntur, atque ab  
 illis avelli nequeunt: nihilque ipsis perni-  
 ciosius, potest accidere, quam ijs involvi  
 quibus postmodum eximere sese et si velint,  
 non possint. Quales item esse videntur de  
 cursus ac discussiones de rebus fidei; sitne  
 hoc vel illud articulus credendus? Quomodo  
 senti? An ea hora elici debeat actus. Ex-  
 minationes enim istæ à damone oriuntur,  
 vel certè à Spiritu scrupuloso, nec admitti  
 vllō modo debent, præsertim tempore ora-  
 tionis, vel perturbationis; nisi quis se perde-  
 re, & ad insaniam velit redigere. Hæ namque  
 cogitationes similes sunt hortulano, qui in  
*cautum & minime prudentem, in labyrintho  
 igduca*

inducit. alius verò irretitus, exire etfi diu-<sup>similia</sup>  
 tissime laboret, nullo modo valet. Fugit in-<sup>accorre-</sup>  
 terim ille, & frustra abire conantem irridet <sup>modis</sup>  
 ac subsannat. Astu simili errans conscientia,  
 dæmone auctore, imprudentem, timidumq;  
 hominem pellicit inducit & involvit, tot,  
 tantisque cogitationibus, vijs ac medijs, vt  
 denique miretur se exitum invenire non  
 posse, ridente dæmone ac subsannante, nec  
 modum misera, quo ad mentem redeat, va-  
 let invenire. Sic avis in laqueos inducitur:  
 sic piscis in retia, qui avidè hamum ignarus  
 devorat, sed eximere sese iam captus nulla  
 ratione potest. Laquei sunt cogitatio pecca-  
 torum; eorum, vitæque eius discussio; &  
 quod alijs summo esse possit præsidio ad vir-  
 tutem; ijs qui violentâ curâ, in eorum fo-  
 vendâ memoriâ feruntur nullo modo, sed  
 iidem sibi magnam perniciem asciscunt.

19. Scopuli ergò duo illi sunt, nimirum <sup>Primo</sup>  
 studium conscientia discutiendæ; atque exo- <sup>scopulas</sup>  
 mologesis peragenda. In hisce namque dis- <sup>in exa-</sup>  
 cussionibus summa imprimis fit iactura tem- <sup>mine cō-</sup>  
 poris. Heri prolixè confessus es, de peccatis <sup>scientia</sup>  
 tuis; hodie mysteriorum percipiendorum <sup>confiteat</sup>  
 causâ iterum conscientiam putas expurgan-  
 dam. Illam examinas. At quam diu? mediâ  
 horâ? Parùm est: horâ? vix satis. Sacerdo-  
 tem accedis, quem occupas aliâ sesqui horâ.  
 Tandem absolutionis beneficium recipis: al-  
 terum

IV  
 46

Primo  
 scopulas  
 in exa-  
 mine cō-  
 scientia  
 confiteat

terum illicò examen adhibes, vt tantò purior  
 tremendis mysterijs appareas. Quid exami-  
 nas? Discussionis non est tempus, sed parati-  
 da devotionis actualis, qua Deo per contem-  
 platione vnaris. Neutiquam ais, multa omnia  
 que memoriam fugerunt; multa que Sacer-  
 dos non bene intellexit; redeunt plurima et  
 preteritis confessionibus, qua minime ex-  
 pressi. Circumstantias & peccatorum nume-  
 rum saltem exactum non recensui. Itaque  
 redeundum est iterum, iterumque ad Sacer-  
 dotem ante sacrosanctas epulas: iisdemque  
 perceptis, identidem confessario declaran-  
 dum, non parum timoris subesse, ne cum  
 sacrilegio mensa Domini particeps factus  
 sis. Quales ista nania bone Deus! Si filij tui  
 aut subditi, cum te, mensamve tuam debent  
 accedere, hoc modo agerent, nonne illi  
 dementes reputares? Ferres hanc insaniam?  
 Patienter secundò id sustineres? Numquid  
 stomachareris, & à te expelleres? Quid agas  
 Cum omnipotente Deo ac Sapientissimo  
 tibi res est. Arbitraris cum ille tyrannum  
 Ignarum dementia tua? Non aegre ferre  
 tribunal misericordia, & remedia, que ipse  
 ad reconciliationem adhibuit, immanibilem  
 me tyrannidis carnificinam; in spelunca  
 latronum commutare? Tunc sacrarum  
 gum interpret? Tu solus iudex relictus con-  
 entiarum, & maxime tua? Posles interea  
 mpa

inimū tuum præstanti contemplatione imbuere; solatia divinitus immiffa delibare; ambrosiam cælestem, in hoc Angelorum convivio, quietè accedentibus tibi que in primis paratam degustare; nectarque beatorum pleno haustu percipere. Itaque manes vacuus hisce bonis omnibus, & rudimentarius, in primis elementis manes, tua culpa, quòd benè monentibus non acquiescas, tuaque deliramenta sanissimis consilijs præferas.

20 Adde longam istam, ante exomologesim, discussionem, minimè dispositionem esse ad vtilem confessionem instituendam: tum quia post vnam examinis exacti horam, longè turbulentiora tibi occurrunt, quàm in initio; & quòd plùs parare te niteris; eò te minus paratum invenis: tum etiam plurimum tibi de libertate decedit: non enim scis, qua ratione hæc que commentatus es expones Sacerdoti; & ne illi gravis sis, aut offendas, concludis in te libertatem desiderari. Denique quid certò affirmes prorsus ignoras: vnde plenus anxietate, ac perplexitate confessorium accedis, & denique turbator ab eo recedis. Omitto confessionem equo esse prolixiorè; importuna multa ingeri, historias, imò storias multas texti ac retexi; fatigari Sacerdotè; offèdi astantes; à confessione arceri; animè tam salutaria remedia odiosa reddi; te magis anxiū recedere quàm

○

CUM

cum accessisti.

*Quanto  
spatio ex  
amen du  
rare de-  
bet.*

21 Quæres forsitan quanto spatio discutere debeat? Respondeo, quotidianam vespertinam, horæ quadrante posse conficere; et si nihil admodum occurrat novi; satius esse oratione & precibus tempus illud implere, quàm inaniter cõsumi. Ante exomologesimoniam verò, qui virtuti ac studio perfectionis operam, & quotidie internum lustrant hominem; sufficet breviter observationes peccatorum examinum ad memoriam revocare, excitata simul cordis compunctione. Qui verò inter eos, angustioris animi sint, scrupulosioris; expedit id breviori tempore fieri, quòd perpetuò defectus, eorum animis obversentur; aded vt eorum vitam continuu examen esse censeatur. Excitatus animo dolorem, & missis scrupulis ad Sacramentis pedes accidant: quòd namque diutius differant, eò evadent imparatiores,

*Secundus  
scopulus.  
Confessio  
intempe-  
stiva.  
Brevis sit  
Ex parte  
confessa-  
rij quid  
agendum.*

22. Ad confessionem quod attinet, salutaria consilia, hæc dari possunt. Primum, confessio brevis sit. Brevitas hæc, tam à Confessario exigitur, quàm à pœnitente. Caveat ille, ne magni facere videatur pœnitentem, ne conceptiones inanes; paucis interrogatis respondeat; ne cumulet rationes rationibus; si solatio opus est, hoc faciet in fine. Permittat afflictam animam ac turbatam sua experire: præcidat ac decurtet sollicitas inanes

narrationes; rarò resumatur, nisi verbo tantum: quòd si vnum sufficiat, non addat secundum; alioquin nunquam videbit exitum. Pœnitens enim, si quid dicatur, quod vel in minimo vlcus eius affricet, pungat, aut mulceat, novas telas semper ordietur; & si Sacerdos multis probare conetur assertiones suas; pœnitens qui ordinariè non auscultat, sed conceptionibus suis inhæret affixus, magis obdurescet; obfirmabitur denique vsque ad cerebri offensionem. Quare declinanda est omnis disputatio, atq; affricatio affectus cōscientiæ breviter ab vno ad aliud transeundum. Caveat etiam atque etiam Confessarius, ne eodem morbo laboret ipse, quo pœnitens torquetur. Malus ille medicus est, qui dum alteri mederi vult, sibi, alteri que malum accersit. Quidquid sit de morbis ceteris. Scrupulosus sanum hominem scrupulosum facit: scrupulosum penè ad dementiam perducit. Sanus denique scrupulosi commercio, insanus evadit. Qui ergò Sacerdos scrupulosus est, scrupulosum aliò suaviter ableget. *Si cœcus cœco ducatum præstet, nenne ambo in foveam cadunt?* Non animabit metriculosus pavidum ac fugacem ad pugnam. Nec vllus persuasus debet alteri vt tabulã trajiciat angustam, vacillantem, ac lubricam, si ipse suasor trepidet, nec exemplo tementem fulciat. Confessus ergò à scrupuloso, caveat Confessarius

Q 2 ac

V  
76

Mat. 15.  
14.  
Similia  
apposita.

ne cespiter aut vacillet; & vacillare à pœnitente deprehendatur. Solide respondeat a resolutivè, alioquin vterque a ponte decidet.

*Confessio  
nes par-  
ticulares.*

23 Illud etiam confessario commendatum esse oportet, ne se facilem præbeat frequen- bus scrupulorum confessionibus excipien- dis. Nihil enim perniciosius huic malo co- rando, quàm id remedij adhibere, in quo perniciæ certa consistit. Vt enim ei qui oc- lo laborat, affricatio supra modum noxia est.

*Similia.*

Et qui scabie scatet in corpore, corporis ea partem destruit, quam vnguibus lacerat. Ita exitialem voluptatem querit, qui frequen- confessione, quietem scabiosæ conscientie nititur procurare; eamque nunquam bona via inveniet; & sanitatis loco recrudescen- tem lanienam consequetur. Quare raro admittat eiusdem rei repetitionem, præsertim facta semel aut iterum confessione generalis. Et quidquid dicat pœnitens, dubitare se de hac vel illam culpam expresserit, non facile credat, sed inhibeat repetitiones inter- pestivas præteritarum confessionum, et non iniungat, ut nihil fateatur, præter ea, quæ postrema confessione admisit, præsertim etiam ijs, quæ postrema exomologesi excidisse prætenderit: nulla enim vrgentior cessitas, cum vix illa venialia sint, quæ prætermissa referuntur. Non sæpius confiteatur quàm semel in hebdomade, aut etiam

g'us protrahat. Durum id quidem videbitur: salutare tamen fore, ipsa experientia vñsque docuit. Post confessionem verò instet diligenter ne recurrat, scrupuli exponendi gratia, sed ad mensam Domini in verbo suo, aut certè Domini Iesu, mittat; discatque ipse pluri sanctam obedientiam, quàm stolidas conceptiones suas facere.

24. Ut autem talis confessiones generales, post quã aliquoties bona fide fecerit, recognoscat, nullo modo permittendum erit. Si enim perniciosum est, frequentius ob rem vnam, aut alteram leviolem ad Confessariũ accedere; quantò magis copiosissimam segetem rerum præteritarum, quæ animam toties exulcerarunt aggregare, sigillatim discutere, volvere ac revolvere, verbis denique idoneis prudenti arbitro sapienter exponere. Quicumque enim id temerè attentat, haud dubiè sese gravissimo periculo exponit, vel manij vel certè lædendi capitis, seque reddendi inutilem ad res gerendas, tũ officij sui proprias, tum reipub: aut demum ad Ecclesię Dei obsequium; imò salutis proprię consulendum ac succurrendum. Nec multum curet Confessarius, si homines isti molesti sint, sæpeque recurrant. Certum est & importunos esse, & imprudentes, & patientes, armatosque contra omnes reprehensiones, muscisque revolantibus molesti-

*Generales quoque quo modo admittenda.*

VI  
f. 6



ores, quasi memoriam omnem & iudicium excullerint. Sed contra hæc omnia constans & fortis stet Confessarius, nec verbis eorum mollibus moveatur, nec apparentes rationes magni faciat. Iubeat ordinem à se prescriptum servari; sicque speret fructum consilii sui non brevi inanem futurum, quem magna sua, & pœnitentis consolatione recipiet.

2.  
*Brevitas  
ex parte  
pœnitentis.*

25. Quoad pœnitentem, eadem documenta ipsi (vti necessaria) ita suscipienda, atque amplectenda erunt, præsertim à direttore prescripta, eaque tanquam, si ab ore Dei manerent, libens admittat; iudicium suum eisdem sententiæ, aut verius De ipsius, postponens. Ab eodem verò pœnitente, comprimere requiro, vt sibi persuadeat, se nunquam sanari nisi velit sanari. Hoc inquam exigo summis votis, vt iuvari velit, & ex animo optet, non modò curari, sed etiam sanari. Quod non frustra requiro: nonnulli namque ita suis affectibus indulgent, vt hisce conscientie scabiosæ confricationibus, tanquam delicijs capiantur, & quod tormenti loco esse deberet, vertant in voluptatem. Et licet iuvare velle se profiteantur, id neutiquam proficere velle, sed proritandi mali, quod habent in delicijs, faciunt: quales illi qui cibis inordinatis, & à sensu communi alienis palatum irritare gestiunt. Hoc advertat Confessarius, & ante omnia instet, vt velit infirmus, &

*simile  
oppositum.*

& absolutè iuari, ceterò qui abigendus, nisi certis documentis ac iudicijs, animi sui constantiâ, firmamq; resolutionem probaverit.

26. Quod ubi obtinuerit Confessarius, doceat; duplicem cacodæmonem esse suadendæ *Confessi-* dissuadendæve confessionis. Eorum enim *oris sua-* alter, cum & necessitatem peccatoribus, & *dæda, vel* iustis emolumentum institutæ à Christo ex- *dissuadæ-* mologesis, testatum habeat, suadet ijs omni- *de du-* no, ne faciant; & quantum potest horrorem *plex de-* istius subeundæ ingerit; difficultates, infamiam, mutationem morum, tanquam impossibiles, confessariorum abiectionem, severitatemq; exaggerans. Alter verò omnino oppositum suggerit, & multis suadere nititur, adhibita etiam naturæ complexione velut instrumento ad persuadendum, inducendum, inconditum caput, à confessione nunquam desistere. In hoc solo securitatem, salutemq; consistere; vrgere præceptum divinum. Pœnas peccatoribus destinatas, conscientie vim ac præscriptum dirasq; interminaturi conscientie afflictæ pareat: indignum illū cōtestans cælestibus epulis, ni peccata ei detegat, quæ arbitriū, Christus cōstituit; sine quo remitti nullo modo posse ipsa divina oracula denuntiant. Hisce aut similibus rationibus perturbatos animos involvit malignus spiritus. Quibus confessarius opponet atque imprimis eas suasiones ab adversario generis

O 4 humani

humani proficisci: turbatum animum sibi credere non debere. Hortetur in mentem revocet, se frequentissime illusum atque deceptum; errantem deponat conscientiam que in dubium revocat validitatem præteritarum confessionum: existimet directores suos esse viros probos, prudentes non temerarios, qui que rationem pro sui pœnitentiæ anima reddituri sint; denique necessarium esse, id sibi persuadeat; alioquin fore ut in perpetua lucta, ipse afflictus conflictetur, victusque hosti succumbat, ac subiaceat.

*Scrúpuli non sunt in confessione audiendi.* 27. Utile etiam maiorem in modum erigat, scrupulos suos de industria præmittat, dataque opera non confiteatur, præsertim ubi ita visum erit confessario: si enim illa fatetur; aut enim peccata sunt aut non: Si peccata non sint, silere omnino necesse est; cû incredibiliter animo turbato noceat huiusmodi scrupulos refricare: Si peccata esse extra cõtroversiam sit, breviter ea explicet, donec prohibeatur id à confessario facere. Potius accuset, se inobedientem esse Deo, confessario, & rectæ rationi, quæ statuant certò ac firmiter ea, ex spiritu scrupuloso confiteri gravi peccato non careat quod pœnitēs sibi persuadere debet, alioquin huiusmodi culpam ( que in scrupulorum confessione consistit, nec vulgaris est ) nullo modo remissum iri, & indispositionem esse

ad sacra mysteria accedendum, ac percipiendum. Contra evenire solet. Toti sunt enim scrupulosi, in accusatione ac condemnatione sua, de rebus quibus affliguntur quidem, in quibus tamen minimè sunt culpabiles. Ea verò, quæ verè & propriè peccata sunt, prætereunt. Quis enim scrupulosus ita se accusat. Mi pater, confessarios permultos accessi: omnes consentientes ac vniiformiter statuerunt multisque inculcarunt, desinerem scrupos meos exponere: acquiescerem suis, imò Christi Domini monitis, & deliramenta mea abijcerem: non pareo; sed iudiciù scrupulosum præferens præfractè ac pertinaciter, semper redeo ad ingenium: accuso ea quæ peccata non sunt; delicta verò ac enormes defectus meos prætermitto: obruo memoriam infinitis nugarum nugis; sæpeque occasionem sacrilegæ absolutionis præbeo; quia materiam non subijcio. Non enim confiteor scrupos meos cum voluntate abstinendi (Qui enim possum?) nec cessare statuo ab infructuosa hac confitendi ratione; nihil verò quod materia sit absolutionis adfero, quo fit, vt nec gratiam Sacramenti recipiam, & me gravissimo scelere sacrilegij obstringam. Vitandi ergò erunt hi duo examinis & confessionis scopuli, si quis in eos nò impingere, aut se à discrimine naufragij mentis suæ exuere ac vindicare voluerit.

Q S      P A R A 2

## PARAGRAPHVS QVINTVS.

*Iniuriam divinae clementiae per scrupulos irrogari.*

**Remediū** 28. **P** Rædictis etiam & hoc consilium, ac documentum subiicio. Consideret iterum, iterumque, qui infano hoc malo laborat, quàm alienum sit, hoc ærumnosum vitæ genus ab eo, quod Redemptor generis humani, sapientissimè instituit: quod ut cõplectamur mandavit; propter quod è caelis in hanc malorum omnium voraginem delapsus est, sibi dolores nostros imponens, ut nos à nostris eximeret. *Venite* (inquit) *ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego respiciam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me: quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris: Iugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Quemadmodum idem Dominus, per Moysen premonuit: sicut aquila provocans ad volandū pullos suos, & super eos volitans & asūsit eos & portavit in brachiis suis. Quoties vos volui cõgregare, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alas. *Mãdãta mea gravia non sunt.* Quàm longè hæc oracula (quæ curacionem, familiaritatem cum Deo, iugum suave denuntiant; Alæ quoque gallinæ atq; aquilæ, quæ divinam protectionem, consolationem, amplexumque amabilem designant) à cogitationibus

*Vita scrupulosa immanitas.*

*Mat. 11, 28.*

*Deut. 32, vers. 11.*

*Mat. 23, 37.*

rationibus perplexis, desperatione plenis; à tyrannide denique conscientia dissidēt. Observa miserande, te dum teipsum calumniaris, & opprimis maledictis, Dei clementiam oppugnare; ipsum status ac denuntias, nolle tibi mederi; nolle te ad se accedere; eundemque non desiderare onus morbosq; tuos suscipere; ferreq; recusare. Negas ipsum esse benignum, humilem, mitem: imò protestaris ipsum crudelem immanemque tyrannum; iugumque eius ac leges esse intolerabiles. Non aquilam, non gallinam, sed miluum voracem, tygridem, leonem, & id genus feram, tetramque bestiam Hæc, inquam, profiteris, cum teterrimum vitæ genus, ab omni humanitate alienissimum, in animum tuum inducis ei que pertinacissime adheres, & (postpositis omnium sapientum consilijs) retines ac reservas.

## PARAGRAPHVS SEXTVS.

*Testimonium conscientia, constantemque  
in obsequio divino voluntatem,  
plurimum scrupulis con-  
temnendis esse  
adiumen-  
to.*

29. **H**Æc dosis ex horto tuo colligenda ac depromenda erit. Intra conscientiam

*Voluntas* am tuam considera optimā, ac sincerissimam  
*Deo ser-* voluntatis tuæ dispositionem, non modo præ-  
*viendi,* sentem, sed quam ab annis plurimis constanti-  
*magno ad-* rissimè custodisti; hanc adde resolutionem,  
*inmento* votis fortissimis obfirmatam; malle te, infir-  
*esse ex-* mitis tormentis dilaniari ac discerpi, quam  
*ringuen-* Dei amicitia ac lege recedere. Vnde hæc  
*dis ser-* constantissima resolutio? An à te? Non. A  
*pulis,* quo ergò? Nonne à benignissimo numine,  
 eiusq; spiritu, ac gratia quæ in te domicilium  
 sedemque fixerunt. Sunt ergò in te Dei ami-  
 citia, eiusdemque spiritus, ac gratia quæ ho-  
 minem Deo gratum efficit. Quid igitur tre-  
 pidas? Quid metuis, quid nugaris, te caelesti-  
 bus invisum, odiosum, ideoque diris omni-  
 bus devovendum?

30. Adde si tot peccatis mortalibus, ut com-  
 minisceris scates, si blasphemus, si hæreticus,  
 si impudicus, alijs nefandis criminibus ob-  
 strictus; cur exterius erumpit nihil? Cur in  
 te tanta modestia, cum in oculis, vultu, ore,  
 sermone, gestu; tum toto denique corpore  
 elucet? Cur truci facie, feris moribus, ore pe-  
 tulanti, procacibus verbis efferus non appa-  
 res? Cur non sollicitas eos idoneis modis  
 per quos libidinem tuam explere possis?  
 Certè si crimen vel vnum ex his in te resi-  
 deret, mille alia aggregarentur. Tales enim

*Psal. 41.* aues solitariae non volant; sed *abyssus abyssum*  
 2. *invoat,* & peccatum suo pondere, in malo

rum voraginem peccatorem pertrahit. At nullum in te cernimus, animadvertimus, imò ne vestigium quidem eorum quibus te inquinatum calumniaris, observamus.

31. Huc accedit, te annis quàm plurimis, augustissima sanctissimi corporis Christi Iesu sacramenta pijsimè, omnium confessoriorum tuorum iudicio, frequentasse: Si ea scelestus (vt te ipsum prædicas) percepisses, què admodum ij qui dignè percipiunt, in spiritus celestes evadunt: te in terribilissimum cacodæmonem dudum evasisse, eventus ipse doceret; vt Iudas te infami trabi affixisses; iugulum tuum coneidisses: præcipitem ex alto te dedisses. Horum nihil fecisti. Durat ac perseverat voluntas Deo obsequendi, animam exponendi pro eius gloria: carendi omni voluptatum genere potiùs, quàm vt vel vni illicitæ acquiescas.

32. Est autem voluntas ista scutum, quo à divina providentia protegimur, ne hostes invadant, auctore pijsimo Rege qui nos in hunc modum alloquitur. *Psal. 90.*  
*Scuto circumdabit te*  
*veritas eius: & scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti* *Psal. 5. 13*  
 nos. Quare graviter erras, si te sagittis perfossum credis. Quomoddò enim coronat te Dominus, si turpiter bello cecidisti? Si hosti manus dedisti? Si scutum & hastam abiecasti? Non est ita. *Psal. 5. 13*  
*Scutum hoc bonæ voluntatis*  
*impenetrabile est. Hoc novit adversarius*  
*noster*



noster : ideo non amplius sagittis contra huiusmodi bonæ, firmæque voluntatis scutum agit, sed illud erroribus, fraude, doloque evertere, eripere, ac convellere nititur. Quædiu enim illud fortiter, constanterque à nobis retinetur, vinci, ac penetrari pectus humanum nullo modo poterit. Ita Rex David profequitur. Cùm enim dixisset: scuto circumdabit te veritas eius: addidit. Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris; ab incursu & demerito meridiano. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

*Psal. 90.*

5.

*Ex parte  
divina  
protecti-  
onis.*

*Osea. II*

3.

*Cant. 8.*

3.

33. Huc facit quod sacrae paginae, non modo nobis protectionem, e cælis pollicentur, sed etiam promittunt, nos divini numinis brachijs complectendos, portandosque esse. Quasi nutritius Ephraim portat te in brachijs suis. Id ipsum testatur sponsa in canticis. *Lava eius* (ait) *sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* *Lava* fortunam adversam; prosperam *dextera* significat. In adversis caput nostrum divina benignitas sustentat, ne vacillet, ne despodeat animum. Eadem in prosperis circumgit undique, ne distuamus, & ad illicita prostruamus.

34. Verùm illud quoque est, quod auribus nostris, haud rarò accinitur. *Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulas peccata hominum propter poenitentiam, & parcens illis*

illis: quia tu es Dominus Deus noster. Amat enim omnia, quæ sapientissimè condidit, & neminem vult perire. Non venit Dei filius vocare iustos, sed peccatores. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Denique. Eorū curam gerit; solem suum oriri facit super iustos & iniustos. Quid? sollicitus erit de lilijs agri; de folijs arborum; de iniustis; de adversarijs suis: & amicos suos; & filios suos deseret? Eos inquam, qui animam suam dare, pro eius gloria parati sunt? Audiamus quæsto Richardum à S. Victore. Nemo de Dei bonitate diffidat; quia maior est misericordia eius quàm nostra miseria: & quisquis ad eum toto corde clamaverit, exaudiet eum, quia misericors est. Tardius enim videtur veniam dare, quàm ipsum peccatorem accipere: sic enim festinat reum absolvere à tormento conscientie, quasi plùs eum cruciet compassio miseri, quàm ipsum miserum compassio sui. Ex quibus, pijsissimi ac doctissimi Richardi verbis colligere licet, quid nos de Dei bonitate sentire conveniat, qui erga immeritos tam effuso studio ac benignitate fertur ac propendet.

35. Dicit aliquis. Quì fit quoddam vera esse sententiam, quæ hactenus commemorata sunt, speciemq; me Deo ac Domino Iesu sic adherescere, ut nec prece nec pretio ab eo diuellar: & tamen subinde sic ab eo dissidere ut virgibus perturbationibus, in ipsa scelera ferri totis

Fluxus  
& refluxus.  
scrupulo-  
ram.  
Obser-  
to vandæ

to animo, & obiecta crimina complecti vide-  
ar. Vt respondeam, hoc te præsupponere ve-  
lim, diuersa tempora esse discernenda. Tem-  
pus lucis, & tempus tenebrarum. Diem gau-  
dij, & diem luctus. Tempus quietis & tran-  
quillitatis, & tempus perturbationis. Tem-  
pus consolationis, & tempus tentationis. Illud  
videre est in febris tertiana, vel quartana, quæ  
velut insanæ, certis temporibus recurrit.  
In amoribus item illicitis, qui modò displicent  
& detestabiles apparent; modò arrident  
velut honesti cõplectendique alliciunt; nec  
pungunt ipsi aut lancinant, donec susceptus  
scelere, dolor alias conceptus ac penitudo re-  
crudescat. Idem usu venire solet in scabiæ  
illis consciētij, quæ subinde de perturbatione  
triumphare videntur, sed parùm malacia  
durat: reuertiturque febris ac pruritus, qui tran-  
quillitatem omnem exterminat.

*Duplex* 36. Illud quoque maiorem in modum obser-  
*in homi-* vandum: in homine duplicem esse naturam  
*ne natu-* alteram superiorem seu rationalem. Alteram  
*ra.* inferiorem seu animale, in qua brutis  
millimi esse censemur, & vt de hac prima  
*Bruta.* loquamur: perspicuum esse, bruta anima  
*eiusque* tia constare anima, sed bruta & animalis  
*propensi-* qua duæ sunt facultates, phantasia nempe  
*ones ac* appetitus sensitivus. Quod in homine ratio-  
*motus ne* onali est intellectus; seu oculus mentis, vnde  
*cessarij.* iudicium nascitur: in bellua est phantasia  
quæ

quæ quidem eò quòd rationem ducem non  
 habet, nec voluntatis liberam electionem,  
 quod agit necessariò agit & non ex electio-  
 ne aut libertate. Quare cùm felis fertur in  
 murem, quem videt, lupus in agnum, equus  
 in equam, idèò fit quòd ex visu & imagina-  
 tione motus in appetitu sequitur, qui quidè  
 appetitus, cum iudicium certis non habeat,  
 quàm quòd ex imaginativa, quæ taquam bo-  
 num ipsi suum representat, oritur, illicò in  
 rem illam tanquam bonum suum, quod ap-  
 petitionis propriè obiecta est materia, sic er-  
 gò felis in murem fertur cæco quodam desi-  
 derio ac impetu: lupus in agnum. Et de e-  
 quo ita Virgilius. *Vritque videndo femina. dū*  
*videtur fæmina & apprehenditur per phan-*  
*tasiam, motu quodā rapiente, equus hinnit,*  
*& fertur in obiectum, quod sibi optimum*  
*reputat. Petò primo abs te, peccatne equus,*  
*dum hinnit dum equam appetit, & sensu*  
*concupiscentis animi demulcetur; dum me-*  
*dullitus feritur, tanquam cæco quodam telo*  
*quod avertere illi omnino impossibile est.*  
 Non. Cur ita? Duplici capite. Primum,  
 quia iudiciū rationis ac libertatis origo in eò  
 desideratur. Deinde quia appetitus illepo-  
 sita sola phantasie apprehensione, si-  
 ne libera voluntatis electione necessa-  
 riò sequitur. Feritur quippe sensus telo  
 quodam inevitabili: nec unquam præce-  
 dit

p

dit

dit animalis apprehensio de bono suo vel malo praesenti, eiusque cognitio, quin illico sensus ille intima viscera percellat aut demulceat; minimeque cesset appetentia boni illius praesentis, donec eo fruatur eo modo quo natura fruendum suggerit ac inclinatur.

*Descriptio partis inferioris* 37. Idem nobis solet accidere. Nos enim belluae ex parte inferioris hominis sumus. In ea enim solitaria, ratio non magis viget quam in bestiis: sed duae potentiae imaginariae & appetitiva animam illam inferiorem perficiunt, & aptam ad operandum faciunt. Miraque in somnis quandoque experimur ac patimur quae vigiles nullo modo admitteremus. Et vigilibus quidem, haud raro

*Quando in ea peccatum, quando non.* rationis sedem perturbationes ac passiones invadunt atque occupant, quo tempore inferior officium brutum exercet: subinde, ut advertat quidem ratio, possit impedire, sed delinqua, blandienti voluptas fragilis indulget, ac succumbit, non gravi scelere, quod volens perpetrat mittit. Subinde vero, ita lumen rationis dem oppositis perturbationibus obnubilatur, ut et si aliquid sentiat, discernere aut ipsas passiones impedire, atque nullo modo possit. Quis vero dixerit sitis obstaculis, hominem reum maiestatis divinae scelereque obstringi quod impedire & avertere non potest.

88. Pari ratione sapè suggestio, & simul  
necessarius inde motus contentiens, ratio-  
nis considerationem prævertit, vt citius ir-  
repat suasio, vel maligni spiritus, vel incons-  
tantis atque inconditæ phantasiæ ferientis  
appetitum sensitivum, quàm eadem videri  
ar. ri que valeat. Ex his sæpè nulla culpa re-  
sultat, nisi quatenus rationis vis officio defu-  
is vigeat, ille iudicaretur.


89. Quinam ergò actus interni reos nòs  
efficiunt? Illi certe, qui à parte superiore tã-  
faciunt quam hominis totius præiide admittuntur.  
Dux enim facultates primariæ in illo tribu-  
admirabili hominem complent ac perficiunt, in-  
d ratio intellectus, lumine rationis, illustratus; &  
voluntas libertatis omnis origo, princeps ac  
ore paromina, cui, si res nefanda obijciatur, vt dis-  
tque discernere valeat bonum à malo; & hanc ad-  
olliqmittat, scelestam ac perduellis; si bonum & lau-  
oluptabile; equi bonique amans audiet.

90. Nunc redeo ad obiectionem mihi fac-  
vel peccatam. Occurrit ergò in phantasia motus talis  
onis, qualem equi imaginatoni superioris subieci-  
onubimus, (seu ex visu, auditu sive ex demonis  
tam impulsu excitatus) & ex eodem illicò, motus  
am appetitus ruentis in illicitam voluptatem;  
t ijs peccato abs te, est hoc crimen admisisse? Dicis  
fici le quod sic. Urgeo. Cur potius admisisti quàm  
ngi in equus? Quia inquis, ratione præditus sum,  
it. non equus. Insto. Vtus es, aut etiam uti pote-

*Ratione  
lis.*

*Motus a-  
nimales  
non esse  
peccatum*

VI  
16



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

ras ratione? Poteras impedire suggestionem  
 illam, & motum subsequentem? Neque  
 quam. In quo ergo, in hoc facto differis  
 equo? Etsi in fatuo, aut in pufione talis  
 tio excitaretur, eos crimen admisisse pu-  
 res. Id asserere non potes. Nec ergo tu  
 minis reus iudicandus es. Duo enim illa  
 in equo observavimus in actu isto tuo  
 currunt: defectus, nempe usus rationis  
 libertatis obstaculum. Cum enim necesse  
 tas hoc agendi tibi incumbat, argui non  
 criminis, ubi non ut homo, sed ut brutum  
 agere compelleris. Occurrit præterea  
 sermocinatio hæc in animo tuo, quomodo  
 Deum amare potes, qui ita te cruciat? Quomodo  
 modo eius matrem (quæ tibi non capitula  
 alijs mulieribus meliorem arbitraveris)  
 qui fieri potest, ut in tam exigua quantitate  
 hostiæ, tam sanctum Christi corpus dilige-  
 cat? Ne crede, etiam abominare. His  
 nefanda suggerit teterrimus cacodæmon  
 cæno blasphemiarum. ut etiam per sapientiam  
 nace iracundiæ diras imprecando nunc  
 rentibus; nunc prælatis; nunc concionan-  
 ribus atque alijs, quæ referre minime necesse  
 est. Frequentissime verò humor melancholicus  
 has aut similes suggestiones generat. Me  
 dæmon abripiat. Quin dispeream. Hæc  
 è turri hac dabo. præcipit enim. Idem huiusmodi  
 has aut similes calumnias evomit. Hic

**Suggesti-  
 ones con-  
 tra fidem.**

**Blasphemia.**

**Iracundia.**

latus est maleficus: ille scortator: iste adulter. Dic iam amabo: hi motus atque impetus, quos audire videris in te, & dicis te elicere: suntne peccata lethalia? sunt enim ordinarie motus primo primi, id est non liberi; à demone non raro excitati, quos omni tua potentia & qualibet humana arcere ac impedire non potes. Itaque ne peccati quidem nomen proprie merentur.

*Impre-  
cations.*

41. Dices. Diutius te in ijs immorari, non rejicere, delectari. Peto, an ea ipsa tibi gratia sint? An cum delectatione, præmissa de liberatione ea complectaris? Absit inquis? quis enim tam fœda, tam detestabilia, non horreat? Ergo magis meriti ac coronæ, hæ tibi segetem præbent, quàm culpæ. Hoc ad dam sapè contingere, tam vehementes esse atque importunas huiusmodi cogitationes, ut impossibile sit eas vel abigere vel etiam excutere, & quantumcumque quis eas abigat, eo importuniùs redeunt & agglutinantur. Quare cum invitus quis eam afflictionem patiat, omni culpa, omnino est liberandus. Verùm quidem est difficile fore, ita sagaciter ac sedulò te habere, ut non subrepat aliquando nonnulla negligentia; illa tamen est dignissima venia; tum ob rei ipsius subtilitatem; tum ob infirmitatem afflictivi animi; tum denique propter vim impressæ atque impactæ suggestionis, quæ cum frequentissima

*Scrupu-  
los nõ esse  
peccata.*

VI  
16



quentissima fit ac molestissima. fatigat h  
minem ipsumque cogit subinde vigilant  
atque observationem remittere.

42. Ut autem huiusmodi impressiones  
*Longè* gradum vsque peccati mortalis pervenit  
*minus* rarissime in viris bonis contingit. Primum  
*mortalis* quia Dominus non permittit nos tentari  
supra id quod possumus; sed facit cum te  
tatione proventum, ut possimus sustinere.  
Experientia sanè docet, idiotas ac maxime  
simplices virgines, prudentissime se habere  
quoad consensum; ac nunquam certo ma-  
cio demonstrari probarique (etiam si ad  
dum timide de eo loquantur) illas tentari  
acquiescere.

43. Deinde nemo ex bono fit repente peccator.  
Deterrimus certe is esset, qui tam ex  
mibus peccatis consensum absolute ac  
liberate preberet. Huc accedit definitio  
cati mortalis superius ex Richar. desumpta.  
Corrumpti nempe necesse esse homines  
qui illud suscipiat. Quis verò credat ob  
tam nefandam, momento tantum ob  
virum bonum ac sanctum procreare turpitudi-  
ruptionem; Dei item contemptum gratiam  
proximi ruinam; & alia infinita damna  
quæ peccati lethalis consensum sequuntur.

44. Mea sanè sententia est nullas tenta-  
nes minus esse periculosas, & in quibus  
nus peccatur, quam in tali scrupulorum

teria. Odiosissima enim sunt, & omnibus abominabilia, quæ suggeruntur: nullum in ijs emolumentum; voluptatis illecebra nulla; summa culpæ enormitas; fructus ipsius obiecti in corpore sepe impossibilis. Quis ergo non abhorreat, non excretur, non detestetur? Execrari verò nefanda illa & detestari, longissimè à consensu dissident: & consequenter à culpæ admissione. Soletur ergo se quicumque hæc patitur: tantum conetur se eximere hoc morbo; velit (vt diximus) curari ac sanari. Hunc miserum statum non amet; credat benè suadentibus: & si sanitati reddatur, gratias Deo agat; sin minus, arbitretur se Dei causa tentari & affligi, seq; genus martyrij in hac vita sustinere, propter quod corona nobili non privabitur, auctore spiritu divino qui dicit. *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam Deus repromisit diligentibus se.* Iacob. 1. 12.

## PARAGRAPHVS SEPTIMVS

*Fidem & obedientiam, presentissimum extinguendis scrupulis esse remedium.*

45. **Q**Uæ hætenus diximus, magnò iuvandis animis afflictis sunt præsidio: quanquam afflictio præsens, non ita ex tempore sanari possit: recurrit enim sedata.

& recrudescit, ac sæpe crudeliùs, quàm cum nos aggressa fuerat. Quæ verò hoc postremo paragrapho allaturi sumus, perpetuò seruiunt: & qui hoc subsidio uti non possunt pro desperatis censerì debent. Fingì à nobis denique possunt duo remediorum genera. Alterum, admirandum, insolitum, & fortè nihilominus incertum: à nobis verò, & potestate nostra remotissimum: nempe ut proximè, à Deo quotiescumque hallucinaberis, è cælis nuntius adveniat, qui de statu conscientie tuæ te reddat certiore: qui primùm omnium tristitiam à te omnem submoveat, deinde ita tibi ex parte Dei omnipotentis nuntiet. O amice Dei, ne despondeas animum. Tu Dei es amicus, te infinito amore complectitur; tibi corona in cælo parata est. Timere noli: quæcumque pateris, pateris etiam quidem. Non istæ tuæ sunt cogitationes, sed dæmonis, sed naturæ, melancholico humore affectæ; sed phantasie turbatæ, & inconstantis. Quare esto bono animo, peccata tua à Deo remissa sunt. Verùm modus iste, non tantùm ineptus est, sed etiam vitiosus. Deus profectò tentat ille, qui hominibus, quos Deus præfecit, relictis, ad oracula cælestia recurrit. Dic amabo præterea. Vnde scilicet 14. Angelum Dei esse eum, qui te alloquitur. 1. Ioan. 4. Nonne Angelus satanas transfiguratur se in angelum lucis? Nonne & falsi propheta, qui propheta

tant de corde suo, & in nomine Domini mendaciter? *Probandi spiritus, utrum ex Deo sint.*  
 A quo cognosces, quo spiritu ducaris? A tuone an alieno. *Ne imitaris prudentia tua,* ait scriptura divina. Ne credas spiritui tuo. Nemo in propria causa, iudicio suo fidat. Si alieno spiritu tibi utendum sit, vteris prophetis prophetantibus mendacium, qui spiritum Christi non habent, *quorum Deus venierest, & gloria eorum in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.*  
 Restat ergo ut ad illud praedictum contugas, quod Sapientia divina Ecclesiae ordinavit, ac praescripserit.

46. Quarendum nimirum alterum remedium, licitum, certum, praesens, infallibile, perpetuum quo iuvare possis, decipi non possis. Conficitur vero haec medicina, duplici pharmaco: *fide nempe viva atque obedientia.* Utraque valet plurimum ad iudicij proprii proterviam deprimendam, ad praefractae voluntatis contumaciam retundendam. Qui iudicio proprio non utitur facile dicenti credit. Qui vero obedientiae studio tenetur, voluntatem suam alteri haud gravate subijcit. Qui duas has facultates, superioris directioni submittere, seseque totum tradere valet, virtuti hic maxime vicinus est, & scrupulorum superandorum praesentissimum remedium nactus. Ita nos hortantur sacrae paginae, *Obedi- tate praepositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim pervigilant*

*Prov. 3. 5*

*Philippae. 3. 19.*

*Obedientia ac fides.*

*Probatum ex Scriptura*

*Hebr. 13. 17.*

P 5

pervigilant

VI  
16

**Tobi. 4.** pervigilant, quasi rationem pro vobis reddituri. To-  
**19.** bias quoque nro iuo, *Consilium* (inquit) *Sapientie*  
**Directo-** *semper inquire.* Sed Christi oraculum  
**res ani-** decrevumque perpetuum, omnium excedit  
**marum.** testimonia. *Qui vos audit, me audit;* & qui me  
**Luc. 10.** *spernit, me spernit:* quibus omnibus homines  
**Ver. 16.** constituuntur *animarum pastores, consilarii* &  
*medici.* Ided à B. Paulo præpoliti vocantur qui  
 præfunt. Et Propheta ait. *Imposuisti homines*  
*super capita nostra.* Homines inquam, non  
 Angelos. Si ovis pastorem sequi nolit si alibi  
 aggregari, quid mirum si erret, si à lupo in-  
 guletur. Iugulabere; certò certius ab er-  
 ris, si pastori dicto audire nolueris. Abrip-  
 eris à dæmone, qui circuit querens quem de-  
 voraret, cui resistendum fortiter in fide. Tibi  
**Eccle. 6.** quoque *consiliarius vnus è mille deligendus:* ad  
**6.** quem deliges præter eum, qui rationem præ-  
**Consilia-** anima tua redditurus est? Quare denique  
**rij.** medicum. At qualem? Eum, non qui lo-  
**Medici.** quatur placentia, nec qui vlcera demulcet  
 sed qui putridam carnem amputet: pus ex-  
 primat, vulnusque detergat. Verum utique  
 medicum. Eum sapientem iudicabis. Eius  
 cas, te proprii iudicii lepra laborare; Ei cecum  
 voluntatis ulcus aperias. hæc prima ad san-  
 tatem via. Id deinde certò tibi persuades  
 illum cui te sanandum formandumq; tradi-  
 disti non propriam personam gerere; sed  
 eius qui fallere nec falli potest Christi

veri pastoris ; veri , magnique consiliarij ,  
 verissimi , certissimi que medici. Adde con-  
 sequenter & hoc ; vt quacumque medicus  
 ille tibi prescripserit , etiamsi ( iudicium tuo )  
 à ratione aliena videantur , eadem tamen  
 ipsa suscipias , probes , complectare , & exe-  
 quare. Petes forsàn qui fiet ; vt contra men-  
 tem , iudiciumque meum amplectar , quod  
 sensibus & rationi repugnare videatur ? Id  
 tamen tibi præstandum est , si sapere velis.  
 Nonne idem quotidie facis ? Proponitur tibi  
 credenda resurrectio mortuorum : veritas  
 vasti corporis Christi Domini sub exigua  
 particula : vnus Deus in tribus hypostasibus  
 existens : Incarnationis arcanum : vt is qui  
 homo est , idem & Deus esse credatur. Hæc  
 sensui , & rationi humanæ minimè consenti-  
 unt ; credistamen , & pro tuitione eius ve-  
 ritatis , paratus es animam tuam exponere.  
 Ita tibi faciendum est , vt nimirum intellec-  
 tum tuum sponte adducas in obsequium fi-  
 dei. Et credas dicenti *Qui vos audit , me audit ,* *Luc. 10.*  
*& qui vos spernit me spernit.* *16.* Quam varia pas-  
 tores quotidie denuntiant ad salutem neces-  
 saria , ea que ipsa sine discussione amplecti-  
 mur ac veneramur. Cur ita ? Quia idem  
 Servator ; *super cathedram Moysi ( ait ) sederunt* *Matt. 23*  
*Scriba & Pharisei.* Omnia ergo quacumque vobis  
*dixerim seruate & facite ; secundum verò opera*  
*eorum nolite facere.*

*Ratione.* 47. Quapropter quicumque ad perfectionis culmen aspirat; hoc statuat necesse est. Nihil esse quod altius hominē evehat, quàm submissio illa spontanea Christi nomine facta Sacerdoti, qui ei iudex & medicus datus est ad iudicandum de conscientia, medendumque morbis occultis, in quibus dignoscendis, quisque meritò cęcutire se, censere debet. illa nempe est securissima via, ideoque, eam Sapientia Dei, Filius æterni Patris elegit ac instituit tenendam, sequendamque in dubio, in qua nemo aberrare à vero, nemo falli, deceptique potest. Voluit enim Dominus in dubijs nos ad Sacerdotes habere recursum. Voluit quicquid illi dixerint, vel mandarint, seruandum esse, tenendum, & faciendum. Probat ergo Dominus iustum & æquum quod dixerint, etiamsi ex causa aliqua hallucinarentur. Falli non potest, qui Christi scita, legem, iussaque; sequitur. *Malachi.* *2. 7.* *Labia Sacerdotis, ait Malachias, custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius; Angelus enim Domini exercituum est.* Hunc Angelum nō celestem debes consulere, & certiora audies, quā ab eo, quem sine temeritate haud potes exoptare ac requirere. Propone huic Angelo dubia tua, & crede, non modò te nactum esse de cælis Angelum, sed etiam Dominum Angelorum.

*Ratio denique consentiens omnium Doctorum,*

rii, huic veritati suffragatur. Moraliter quippe certum, tutumque esse, quod à viro prudente definitum est, etsi, id, in quo afflicti culpam reformidat, culpam contineret, eundem tamen nullo modo delinquere, sequendo sapientis iudicium; eò quòd in re dubia moralem adhibuerit diligentiam, meritoque à peccati labe excusandù corà Dei tribunali venire: Quàto magis scrupulosus, qui cōfessarij aut superioris iudicio se submittit, doctorum omnium calculo ac sētentiæ subnixis temerariè enim verò, imprudenterque ille ageret, qui talis viri rationibus ac monitis sese opponeret. Idque iudicio Cassiani, qui, nullo, inquit, vitio alio tam precipitem diabolus *Colla. 2o monachum pertrahit, & perducit ad mortem, quàm cap. 11. cum neglectis consilijs seniorum suo iudicio persuaserit, definitionique confidere.* Hæc ratio sequendi consilij alieni subinde miraculo confirmata est. Cum enim ex alumnis S. Bernardi quidam non posset conscientiam deponere, nec ad sacra mysteria celebranda accedere, dixit ei, idem Beatus Bernardus. *Vade frater, Obedientia in fide mea celebra.* Obedivit ille simplicitate miranter, & candidè & actutum molesta illa conscientie agitatione in perpetuum carvit. *firmata.* Hactenus descrupulis.

LIBER



N  
14

L  
S